GRÆCUM LEXICON
MANUALE

PRIMUM A

BENJAMINE HEDERICO

INSTITUTUM

MOX ASSIDUO LABORE

SAM. PATRICII

AUCTUM MYRIADE AMPLIUS VERBORUM

POSTREMO

INNUMERIS VITIIS REPURGATUM PLURIMISQUE NOVIS SIGNIFICATIBUS VERBORUM LOCUPLETATUM

CURA

JO. AUGUSTI ERNESTI

ATQUE ITERUM

RECENSITUM ET QUAMPLURIMUM IN UTRAQUE PARTE AUCTUM

A

T. MORELL S.T.P.

THESAURI GRÆCÆ POESEΩS AUTORE.

EDITIO NOVA

CUI ACCEDIT MAGNUS VERBORUM ET EXEMPLORUM NUMERUS EX SCHEDIS

PETRI HENR. LARCHERI

TYPIS ET CURA R. ET A. TAYLOR.

LONDINI

IMPENSIS F. C. ET J. RIVINGTON; G. WILKIE; PAYNE ET FOSS; SCATCHERD ET LETTERMAN; WINGRAVE ET COLLINGWOOD; J. CUTHELL; J. NUNN; J. DEIGHTON ET FILIORUM; LONGMAN, HURST, REES, ORME, ET SOC.; LAW ET WHITTAKER; CADELL ET DAVIES; E. WILLIAMS; W. GINGER; W. OTRIDGE; S. BAGSTER; BLACK ET FILII; R. SCHOLEY; J. RICHARDSON; LACKINGTON ET SOC.; J. MAWMAN; BALDWIN, CRADOCK, ET JOY; R. S. KIRBY; W. BAYNES; J. BOOKER; J. ROBINSON; T. HAMILTON; WALKER ET EDWARDS; R. SAUNDERS; RODWELL ET MARTIN; SIMPKIN ET MARSHALL; B. REYNOLDS; J. SHELDON; ET WILSON ET FILIORUM, EBORACI.

1816.

350548

MONITUM.

DE hac nova Lexici Hedericiani editione, L. B. paucis accipe. Quarto abhinc anno diem obiit Lutetiæ Parisiorum, senex fere nonagenarius, Petrus Henricus Larcherus, Divionæus, vir tum ob diffusam eruditionem, tum ob singularem ejus humanitatem et candorem, omni laude dignissimus; præsertim vero egregia Herodoti versione meritam per Europam celebritatem nactus. Is autem moriens supellectilem librariam reliquit satis amplam, quæ paullo post, hæredum jussu, sub hasta venum data est. Inter alios, qui tum voci præconis subjiciebantur, libros, exemplar erat hujus Lexici, editionis quæ A. 1755 prodierat, cujus quidem foliis chartæ scriptæ singulis interjectæ sunt, in quas magnum tum vocabulorum, tum exemplorum numerum senex venerabilis inter legendum conjecerat. Hunc vero librum, pretio satis magno comparatum, redemtores nostri, qui novam hujus vocabularii editionem, curis Larcherianis auctam, prelo subjicere cupiebant, in manus mihi tradiderunt, ut si quid in eo vel minus accurate scriptum, vel præter necessitatem adjectum fuisset, id omne transverso calamo notarem; ne lexici, tironum usibus destinati, moles inutiliter augeretur. Hoc igitur effeci, et præterea nihil; quippe qui correctoris munus, molestum sane ac laboriosum, in me suscipere noluerim. Ipse vero Larcherus in thesauro suo locupletando quanta cum diligentia versatus sit, intelligere licet ex sequente notula, quam ad libri calcem reperi: "1682 *additions en Juillet* 1782." In his autem additamentis, haud pauca reperies poetarum scenicorum loca recte explicata; multa etiam tum veterum historicorum, Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, tum recentiorum, Polybii scilicet, Appiani, Arriani, item Plutarchi et Eroticôn scriptorum, imo et medicorum, ne quid de poetis, Lycophrone, Apollonio, Nicandro, et Florilegii auctoribus, dicam.

Animadvertent tirones multa esse vocabula, quæ unius Oppiani vel Nonni auctoritate nituntur; non tamen idcirco Græca civitate donanda; quia Cynegetica, quæ sub Oppiani nomine circum-

 feruntur,

feruntur, et Nonni poemata insulsissima, verbis ac locutionibus scatent, quas in probatis auctoribus frustra quæsiveris. Alia sunt haud pauca, quæ nullum, præter Heliodorum, fidejussorem habent; attamen episcopus ille Tricensis Græce longe melius sciebat, imo melior erat poeta, quam Nonnus iste, vel pseudonymus Cynegeticôn scriptor.

Porro in hac nova editione vocabula, quæ Morellii Appendicem occupabant, suo quodque loco interseruntur, cura ac diligentia Typographi. Idem vero eo nomine laudandus est, quod Larcheri additamenta, minuta manu et perplexo ordine scripta, magno cum labore enuclearit, et secundum litterarum seriem disposuerit.

Quod præterea dicam nihil fere habeo, nisi ut exoptem fore aliquando, qui Bastii τοῦ μακαρίτου egregios in librum Hederici labores publici juris faciat; quo nescio an quidquam ad Græcarum litterarum cognitionem utilius accidere possit.

C. J. B.

Scripsi Non. Jul. 1816.

M. BENJ.

G. Burnidge
Mealcheapen Street
Worcester
1820

M. BENJ. HEDERICI PRÆFATIO.

ALTERUM hoc Lexicon est, *Lector benevole*, quod juventuti bonarum artium studiosæ commodare sategi. Græcum, ut vides, illud est, et, velut in priori disciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quæ Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus sum annixus; ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Græcas adjuvare studui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, præter rem necessitatemque suscepisse jure existimari potero. Etenim, quæ Linguæ Græcæ cum præstantia sit, tum utilitas, atque ad omne propemodum studiorum genus necessitas, ab aliis jam ostensum est pluribus: attamen Lexicon, quo illa contineatur, satisque idoneum Scholis, adhuc deesse experiuntur identidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exstant, vel mole sua usum sufflaminant sui, vel jejunitate qua laborant, sæpius destituunt paulo serius literis Græcis operaturos, vel ordinis implicatione linguæ adhuc minus gnaros plus justo fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantisque difficultatibus præpediti non sine indignatione ac tædio in hoc studiorum genere versentur.

Singula igitur illa, quantum quidem fieri potuit, amoliturus, librum in tres Partes dispescui, Hermeneuticam scilicet, Analyticam, atque Syntheticam: primæ, quæ ad intelligendos omnis generis scriptores, quos antiquiora tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam inserere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vastum satis, suffecturam omnino putavi. Certe, quæ ex ingenti Henrici Stephani Thesauro, volumine satis etiam grandi, Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam suppeditavi. Quinimmo ipsorum non solum numerum, sed in primis etiam, quas obtinent, significationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio, Scriptoribusque similibus aliis, non parum earumdem hinc inde adauxi. Hasce quoque pro ea, qua differunt varietate, suis fere distinxi numeris, et sic clarius ordinatiusque, spero, se oblaturas cuique; eodemque fere modo quo Voces potissimum ipsas ordine, quem vocamus, alphabetico disponere visum est. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatæ primigeniis, compositæ simplicibus subjiciuntur, non ignoro, neque me præterit etiam, quantopere eum in Stephano aliisque prædicent bene multi; sed non æque tamen intricatus hic alter est, longeque facilius linguæ nondum satis peritis Vocabula, quæ inquirunt ipsi, suggerit. Et, si omnino ad indagandam genuinam Vocis potestatem momenti maximi est nosse originem ejusdem, singulis etiam Vocabulis hanc subjeci, ut adeo nec adminiculo isto, necessario certe ad feliciorem cujusvis Scriptoris interpretationem, destitutos Lexico hoc usuros conqueri possint, qui id ordinis naturalis laudem, atque virtutem ferme præcipuam, habere solent.

Quemadmodum autem hæc primæ Lexici hujus Partis ratio est; ita altera illa, cui Analyticæ, ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui consuevimus, resoluta complexus sum, quæ difficultatibus suis, sive a Dialecto aliqua, sive aliunde subortis, [illegible]itare tironum patientiam possunt. Est certe eadem hæc opera, quæ liberalius paulo a Schrevelio juventuti [illegible], ipsum tam acceptum huic reddidit, ut unus fere ex sui ordinis Lexicographis in Scholis huc usque locum vindicaverit sibi. Ac tametsi non desint, qui eamdem ignaviæ potius subsidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod hæc a penitiori Grammatices studio avocet, ad quod potissimum solidior linguæ cognitio redit: attamen, qui rectius justiusque rem expendunt, satius utique existimant, velificari nonnihil discentium a labore molestiore aversioni, quam quidem committere, ut miseri succumbant inscitiæ suæ, vel etiam, quod sæpius usu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his absterriti linguæ pulcherrimæ studium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod et ipsi suo quasi jure desiderare possint, hac etiam in re illis deesse nolui. Quin potius non solum Vocabula prope omnia, quæ Schrevelius ex appendice Scapulæ Lexico subnexa, Pasoris in Hesiodum Indice, aliisque id genus operibus attulit, in Partem hanc alteram conjeci: sed locupletavi quoque passim ex Jo. Vorstii Veterum Poetarum

Græcorum

Græcorum excerptis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, in Hortulo Græco ex omnibus Plutarchi Operibus adornato, et Clarissimi Dn. Hieronymi Freyeri Fasciculo Poematum Græcorum, libellis vere aureis atque ad perdiscendam Græcam linguam accommodatissimis. Attamen, ne nimis etiam indulsisse discentium inertiæ videri possem, satis habui, digitum in cibum hunc intendere, præmansum vero ipsum atque hoc tantillum laboris recusantibus, ut eumdem sumere ipsi dignentur, inserere in ora utique supersedi.

Tertia libri Pars, quæ Syntheticæ titulum præfert, iis destinata est, quibus Latina sermone Græco, eoque prosaico, reddere collibet; adjutusque a Scriptoribus laudatissimis, Benzio, Posselio, Devario, Scheidio, aliisque, hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, suis fere ubique auctoritatibus munitum, suggessi: qui, nisi me omnia fallant, ad institutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe usui hodie esse solet, abunde suppeditabit. Et, si omnino contingat, ut quædam adhuc desideres, ea tamen forsitan hæc erunt, quæ omissa facile pati, vel ex iis etiam, quæ allata sunt, compensare non incommode poteris. Ita quippe sæpius Nomina illa a Verbis deducta, qualia sunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, et similia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quæ sunt hujus generis alia, frustra hic quæsiveris. Præterquam enim quod magna eorum pars ipsa civitate Latina deficitur, adeoque soli formationis innititur Analogiæ, certe, si Græce eadem reddenda sunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus descendunt, tuto enunciari possunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipsius Demosthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem*, προσᾴδουσαν, et *Accumulationem*, quæ ipsum in primis accumulandi actum significat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut nomina vel plane nova confingas, vel sua etiam carentia auctoritate usurpes. Quumque adeo hæc talia a Verbis allatis, si quidem ipsis opus sit, nec suo ista loco reperiantur, formare perquam sit facile, operæ chartæque tanto justius eorum me omissione pepercisse arbitror, quo magis Lexicon hoc manus impleat, nomenque suum excedat. Nec alia quoque causa fuit, cur Nomina etiam, quæ propria Grammatici vocant, omiserim, utpote quod ipsa quoque facile Græce efferri possunt, quippe ex Grammatica constet, quæ literarum utriusque linguæ natura sit atque cognatio. At vero, quod in Prima præcipue Parte nec auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hæ ex se progignunt, subjecerim exempla, forsitan mirabuntur, qui ex his propemodum solis Lexici perfectionem æstimare solent. Sed et his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, si vel maxime ipse suppetivisset, ecquis eorum in Lexico hermeneutico sit usus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando, auctoritas sufficit, et, qui ex Vocum significationibus tam distincte copioseque subministratis sensum effati alicujus Græci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non instructum, vel rei, quam continet illud, prorsus ignarum esse oportet. Secus statuendum esse de Lexico synthetico facile concedo, quum Græce scripturus utique non solum de Vocis, qua usurus est, probitate, sed et de Constructionis, qua gaudet, eadem ratione certus esse debet. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua sine auctore suo compareat, vel Constructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod si tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deesse nonnunquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugisse non inficior, licet de bonitate ejus Lexicographorum saltem præstantissimorum auctoritas dubitare me non siverit; Constructionis vero modus ideo a me neglectus est, quod Regulas ille notissimas atque adeo Græcæ etiam Linguæ cum Latina communes sequatur.

Atque hæc fere ea sunt, *Lector benevole*, quæ te scire, e re tua, immo et mea, esse existimavi. Tute labori etiam huic meo, si merebitur, fave: sin minus, eum ante ne damnes, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut tuo arbitrio stare non possis. Vale.

Expositio Notarum quæ in priore Lexici hujus Parte inter alias occurrunt.

Gl. V. Glossaria Veterum a Labbeo edita.
Ph. Philoxenus, Glossographorum facile princeps.
Lex. Gr. Lexicographi Græci, Hesychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus, Phavorinus.
Hes. Hesychius, Alexandrinus.
Suid. Suidas.
Etym. vel *E. M.* Etymologicum magnum.
R. Gulielmus Robertsonus, Anglus.
Suicer. Jo. Casp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipsis, non constat; quum e contrario Philoxenus et Glossaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas easque aptissimas vocum significationes suppeditant, quæ alibi non facile sunt obviæ.

EX PRÆFATIONE JO. AUGUSTI ERNESTI.

IN causis, propter quas tam pauci ad linguæ Græcæ vel mediocrem scientiam perveniant, Moses Solanus* jure numerat vitia Lexicorum quibus puerilis ætas utitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum est, quod significationes sæpenumero vel prorsus alienæ verbis tribuuntur, vel parum accurate distincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte Latinis vocabulis exprimuntur Græca, ut intellectus impediatur potius interpretando, quam adjuvetur. Hoc fit maxime, et hanc ob causam, quod interpretatio nimis etymologiæ rationibus accommodetur, neglecto usu loquendi, qui solus in hoc genere dominatur, in primis in compositis ex præpositione una pluribusve, in quibus incredibile dictu est quam pueriliter peccetur; item ex εὖ, φίλος, aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis, ineptiisque cum plena sint Lexica vulgaria, quæ sunt in tironum manibus........&c.

Itaque cum rogatus essem, ut Hedericiani Lexici Græci, quod nunc maxime versatur in manibus tironum, putaturque esse in hoc compendiario genere optimum, recensendi curam susciperem; eam provinciam, quanquam duram et tædii plenam, defugiendam non putavi, qui vitiis ejus, et ortis inde apud tirones noxis, sæpe doluissem, iisque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adjumenti me allaturum discentibus putarem. *Non is ego sum*, cui aut jucundum, aut adeo opus sit, de aliis detrahere, et hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod præsens institutum dicere cogit: Hedericum illum, virum bonum cetera et laboriosum, at Græce doctum, et ad tale Lexicon rite conficiendum, satis a lectione Græcorum scriptorum instructum non fuisse. Totus ille, id quod per totum opus observare licuit, e Scapula aliisque vulgaribus Lexicis pendebat: attamen tot præclaras doctorum hominum de verbis plurimis, post Stephanum et Scapulam, observationes ignorabat, nec ipse e lectione ipsorum scriptorum meliora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in suum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perspicuas, sed subinde etiam ne assecutus quidem est ejus aliorumque Lexicographorum mentem, vitiisque operarum se decipi passus est: unde manarunt innumera peccata. [*Aliquot exempla Cl. autor protulit, sed hæc apud illum quærenda mitto.*] Jam incredibile dictu est, quam sæpe, quam absurde interpretatus sit, plerumque post alios, verba composita ex ἀμφὶ, ἐκ, σὺν, κατὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ, &c. exprimens has præpositiones e vulgari significatione, non ex usu scriptorum in verbo quoque; in quo sane est mira varietas. Idemque notavimus in aliis generibus compositorum. Φιλότμητος est ineptum Nonni verbum in Johannis μεταφράσει; sed id ineptius vertitur in Scapulæ Lexico *sectionis amans*, *incisione gaudens*, sequaci Hederico. Similiterque peccatur in verbis compositis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adsequatur. Illud quoque parum scienter factum erat, ut significationes πολυσήμων parum recte digererentur atque ordinarentur, activa et media, eorumque significatio, itemque temporum significatio diversa, cum v. gr. præsens activam, aor. 2. neutram vim habeat; quod hodie in Lexicis ferri non potest, quamvis sit ad accuratam linguæ Græcæ scientiam scriptorumque intelligentiam pernecessarium.

Enimvero hæc et alia omnia correcta sperabam me reperturum in editione *Sam. Patricii*, Scholæ Carthusianæ apud Londinenses Hypodidascali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, et magnam diligentiæ laudem apud suos (vid. Scott. præf. ad Append. Steph.) etiamque apud exteros tulit: præsertim qui in præfatione dicat, se diligenter hoc opus correxisse, vivatque in insula ea quæ sibi Græcarum literarum principatum vindicare videtur, et in qua Græce doctissimi homines pæne nasci videantur; adeo mature ibi omnes Græcos scriptores vel difficillimos intelligi et emendari posse. Sed omnia alia deprehendi, intellexique Patricium Britannum non plus

* In Præf. ad Plutarch. Briani.

in

in Græcis potuisse Hederico Germano. Hujus quidem peccata fere omnia sanctissime conservata sunt eaque novis aucta.

Prima igitur nobis cura fuit, ut talia peccata tolleremus, corrigeremusque, si quid parum vel recte, vel accurate, vel perspicue scriptum esset in significationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quædam objecta est a ratione ipsa talis Lexici, in quo singula tantum verba explicantur: quod nonnulla vocabula, inprimis adverbia, separatim commode explicari non possunt, facilioremque interpretationem habent cum verbo, cui adjungi solent. Tum in verbis, quæ Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum ut activa et media, etiam tempora interdum, ex usu optimorum scriptorum, distingueremus, deinde ut significationes in πολυσήμοις digereremus diligentius, et, quoad fieri posset, a propria et prima significatione quomodo ceteræ ducerentur, ipso ordine indicaremus, v. gr. σμύχω, τύφω, πομπεύω, πύργος, σηκὸς, τίθημι, ὕβρις, δημιουργὸς, προτείνω. Auximus etiam priorem significationum numerum e nostris aliorumque observatis, qui veteres scriptores Græcos illustraverunt. Sed maxime in hac parte sic laboravimus, ut accurate exponeremus verba e præpositionibus composita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum stultitia accusanda est, tribuentium interdum præpositionibus aliquam vim, ubi ex usu loquendi veterum nullam habent, aut ita exprimentium, scilicet e vulgatissima cujusque significatione, ut nemo intelligere possit. Nos in omnibus usum secuti sumus, comparandis, ubi non statim vera significatio succurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque et subinde notavimus, in eodem verbo, modo redundare præpositionem, nec ullam vim habere, modo addere verbo aliquid significationis. Quædam tamen, sed perpauca, fuere, in quibus analogia et conjectura sequenda esset, quod nullum exemplum veteris scriptoris vel ipsi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus si forte aberravimus, nobis ut ignoscatur, rogamus. Atque pari ratione usi sumus in aliis compositorum generibus, ut e φίλος, χαίρω, &c. ut facile quivis intelliget, qui vel in his, quæ exempli causa posuimus, nostra cum superioribus velit comparare. Denique ipsis verbis locupletare hoc Lexicon studuimus, &c.

Et hæc fere sunt, quæ in castigando locupletandoque hoc Lexico secuti sumus, quibusque, ut speramus, perfecimus, ut et latius ejus usus pateret, et tutius usurpari a tironibus posset. Unum restat de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere instituit Hedericus. Id nos non totum mutavimus: sed correximus tamen in nonnullis, plane autem sustulimus, ubi unusquisque tiro sua sponte videre posset, unde verbum ductum aut compositum esset; in quibus addi etymologias, ut εὐποιέω esse ex εὖ et ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ et πάσχω, &c. putidum sane et nimis puerile sit: eaque ratione tantum compendifecimus, ut cum tot millia vocabulorum, tot novæ significationes accesserint, tamen aliquot plagulis brevior sit hæc editio superiori. Atque etiam in altera parte deleri curavimus per idoneum virum ea, quæ nemo vel quærat, vel quærere debeat. Nam in eo genere nonnisi rara et difficilia debebant notari: vulgaria, et quæ quisque, formas declinationum et conjugationum rite tenens, ipse sua sponte adsequi possit, poni non modo inutile et supervacuum, sed etiam id quod usu didici, noxium est. Etenim ad ignaviam proniores, ut sunt plerique, libenter abutuntur ista ratione, putantes, hanc esse ad lectiones præparationem, quam vocant, si in tali libello quærant singula verba, et inde descripta recitent a magistris interrogati: qua stultitia committunt, ut nunquam recte percipiant teneantque conjugationum formas. Scr. Lipsiæ a. d. VIII. Kal. Sept. A. C. CIƆIƆCCLIV.

(*Alteram Partem, quam Syntheticam vocavit Hedericus, plane sublatam voluit Cl. Ernestus, totamque igitur illam partem intactam se fatetur reliquisse: sed et hanc etiam, tironum gratia, quibus non potest esse non necessaria, (saltem ut in optima olim schola mihi visum fuit) haud minus auctam ac locupletatam dedi.*) T. M.

LEXI-

LEXICI

MANUALIS GRÆCI

PARS PRIMA.

Thomas Jones,
Ex Dono
Geo: Burnidge
June 17th 1829

A, Vel α, prima litera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, et nomen adepta est ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis significans *unum*, et cum lineola inferne posita ͵α, *mille*; (3) in Apocalypsi Joan. 1, 8. eum notat qui omni principio prior atque antiquior est.

A, in compositione est (1) στερητικὸν, *privativum*, ut ex α et βέβαιος, *stabilis*, fit ἀβέβαιος, *instabilis*: cum ν interjecto, (si vocabulum cui α præfigitur a vocali initium habet) Euphoniæ gr. ut ἄξιος, *dignus*; ἀνάξιος, *indignus*: ὄλβος, *divitiæ*; ἄνολβος, *pauper*. Quædam vero aliquando τῷ ν carent, ut ἄοσμος, ἄοικος, ἄοζος, ἄϋλος, &c. Quamplurima etiam mutant terminationem, ut ex ἡδὺς, ἀηδὴς; ex γραφὴ, ἄγραφος; ex φρὴν, ἄφρων; ex γνωμὴ, ἀγνώμων. Tale est et α quod ὀλίγον vel μικρὸν denotat, ut ἀφυὴς, i. e. μικροφυὴς, ab α et φυὴ, ἀμαθὴς, *indoctus*, vel parum doctus, ab α et μανθάνω; pro δὺς etiam, ut ἄβατος, accessu difficilis: interdum etiam κακὸν significat, ut ἀκερδὴς, ἄβουλος, ἄδωρα δῶρα, &c. (2) Ἐπιτατικὸν, *intensivum*, ut ἄξυλος, ap. *Hom.* (vid. voc.); ἀστεγὴς, i. e. πολυστεγὴς, ap. *Apoll.*; ἀχανὴς, in immensum hians, *Hes.* (3) Ἀθροιστικὸν, *collectivum*, ut ἅπας; et vicina significatione pro ἅμα vel ὁμοῦ, ut ἄδελφος, ἄκοιτις, ἄλοχος, &c. (4) Πλεοναστικὸν, *abundans*, *supervacaneum*, ut ἄσταχυς, ἀστεροπὴ, ἀάσχετος, &c.

Ἆ, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis: Ἃ, ἃ, vel ἅ, ἅ, Ha, ha, ridentis.

Ὤ, Ah! O! Oh! Ὤ, ὤ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miserantis, admirantis.

Ἁ, nominat. sing. f. g. articuli præpos. *Dorice*, pro ἡ, a masculino ὁ.

ᾇ, *cui*, dativ. sing. f. g. artic. postpos. *Dorice*, pro ᾗ, ab ὅς, *qui*.

Ἅ, *quæ*, nom vel acc. plur. n. g. articuli ejusd.

Ἀάατος, ου, ὁ ϗ ἡ, (pen. comm.) valde noxius, *Od.* 22, 91. (ubi α ὑπερστερητικὸν, *Eustath.* sc. ab α priv. et ἄατος, *innoxius*.) (2) innoxius. Ab α priv. et ἄτη (vel ἄατη), noxa. (Vid. *Thesaur. Græc. Poes.* et *Dawes*, p. 381.)

Ἀαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *Od.* 11, 574, fractu difficilis, robustus, non fractus, firmus. Ex α priv. et ἄγω, *frango*.

Ἄαδε, (pro ἧδε, *Schrev.*) *molestus fuit*, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi

Ἀαδέω, ἀαδεῖν, non placere, ingratum esse. (Ab α priv. et ἁδεῖν, *placere*, *Steph*) Exp. etiam (2) turbare, molestia afficere; (3) injuria affici, lædi, *Ern.* (4) inopia laborare; cibo abstinere, *Hes. Suid.* Ex α int. et ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀηδεῖν, ex α priv. et ἡδὺς, *jucundus*, (fit ab ἄαδα, *Laconice*, pro ἐνδεία, *Steph.*)

ἈΑ΄ΖΩ, f. άσω, calidum halitum efflo, exhalo (ἀάζω, f. lædo, violo, *Dawes*, p. 183).

Ἀάθικτος, ου, ὁ ϗ ἡ, incoruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. et ἄθικτος, *intactus*.

ἈΑ΄ΜΙΝΣ, θος, ἡ, instrumentum quoddam aucupatorium; venabulum.

Ἀανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui perfici nequit. Ex α priv. et (ἄνω *Poet.* pro) ἀνύω, (ab ἄνη, *effectio operis*. At ἀάνης, ὁ, ἡ, qui efficere nil potest, *Ern.*)

Ἀάομαι, lædo, *Il.* 9, 116. Hinc ἀᾶται.

Ἄαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non tangendus, intactus, *Gl. V. Il.* 1, 567. (2) inaccessus, (ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω, *Il.* 1, 567. *Odyss.* 22, 70.) Ex α priv. et ἅπτομαι, *tango*. (3) illæsus, lædi nescius. Ex α int. vel (4) qui valde potest lædere. Ex α priv. et ἄπτω vel ἰάπτω.

Ἄασα, *læsi*, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἆσα.

Ἀασάμην, a. 1. ind. med. *per Dialys.* pro ἠσάμην, ab ἄω. (vel ἄτω. Verbum fictitium et abnorme, *Cl. ad Il.* 1, 116. sed vid. *Dawes*, p. 180.)

Ἀάσθην, *offensus sum*, a. 1. ind. pass. ab ἄω. νήπιστον ἀάσθη, *Hesiod. Oper. et Dies*, 283.

Ἀᾶσι, 3. pl. præs. ind. act. v. ἄημι.

Ἀάσκω, f. άσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α et ἀτάω, (*al.* ἄω, ἀάω, *Ern.*) idem.

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, halitus calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάσπετος, ον, immensus, *Callim.* si lectio sana. Ex α int. et ἄσπετος.

Ἀάσχετος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui retineri nequit; (2) nemini cedens, *Il.* 5, 892; (3) intolerandus; Μητρός τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν. *Il.* 5, 892. (4) insuperabilis. Ex α pleon. et ἄσχετος, idem.

Ἄαται, 3. sing. præs. ind. pass. ἄαμαι (act. ἄημι). Καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο, *Hesiod. Scut. Herc.* 101.

Ἄατος, ου, ὁ ϗ ἡ, innoxius. Ab α priv. (2) valde noxius. Ab α int. et ἄτη, *noxa*. (3) insatiabilis. Γύγης τ' ἄατος πολέμοιο, *Hesiod. Theog.* 714. Ab α priv. et ἆσαι, *satiasse*.

Ἀάτω, f. άσω, noceo, lædo. Ex α pleon. et ἄτω.

Ἄβαζος, ου, ὁ ϗ ἡ, mutus; (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. et βάζω, *loquor*.

Ἀβάζω, f. σω, præclare ago.

Ἀβαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, profunditate carens. Ex α priv. et βάθος, *profunditas*.

Ἆβαι, nom. plur. *Dor.* pro ἧβαι, ab ἥβη, *pubes*. ἐντὶ γὰρ ἆβαι, sunt enim teneræ. *Theocrit. Idyll.* 5, 109.

Ἀβακέω, f. ήσω, sileo, sc. ob ignorantiam; (2) ignoro, nescio. Οἱ δ' ἀβάκησαν πάντες, *Odyss.* 4, 249. Unde

Ἀβακήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mutus; (2) stultus.

Ἀβακέως, *adv.* placide, quiete. Ab

Ἀβακὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. et βάζω.

Ἀβάκησαν, a. 1. ind. act. v. ἀβακέω.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo; (2) quietus sum. Ὡς ἀφέλεια μεγίστη τῶν ἀβακιζομένων· quod simplicitas sit maxima rerum placidarum. Inter *Fragm. Anacr.* p. 272, edit. Barnes.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, abaculus, &c. Dim. ab ἄβαξ. q. v.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, tessella pavimenti, vel operis musivi. Ab eod.

Ἀβάκχευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, alienus a Baccho, i. e. tristis; Bacchi numinis expers, aut male bacchans, (vino carens, vid. *Thes. Gr. P.*) Ab α priv. et βακχεύω: sed et *valde bacchans*, ab α int. explicari posse ait Schol. ad *Eur. Or.* 319. ἀβάκχευτος θίασος, festum dissimile Bacchico.

ἈΒΑ΄ΛΕ, *adv.* (antep. product.) utinam, *Hes.* (2) heu, phy! *Ep.*

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, acc. ἄβακα, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ describi solent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, s. mensa, cui vasa imponuntur. *Gl. V.* abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, id. quod ἀβακὴς, *Eustath.*

Ἀβάπτιστον, ου, τὸ, terebella, instrumentum medicorum. Ex α priv. et βαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, immersabilis, qui mergi non potest, vel non mergitur; (2) non baptizatus. Ex iisd.

Ἄβαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, intinctus; (2) cujus acies durata non est. Ex α priv. et βάπτω, *tingo*.

ἌΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

Ἀβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, non onerosus. *Met.* non molestus. Ex α priv. et βάρος, *onus*.

Ἄβαρις, εως, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. et βάρις, *navis*, adeoque proprie, cui non est navis.

Ἅβας, *pubis*, gen. sing. *Dor.* pro ἥβης, ab ἥβη.

Ἀβάσαι, *præclare egisse*, a. 1. infin. act. verbi ἀβάζω, *præclare ago*.

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, inexploratus, non examinatus, non spectatus, non tortus, *Hes.* (2) expers doloris. Ex α priv. et βασανίζω.

Ἀβασανίστως, *adv.* temere, re non examinata.

Ἀβασίλευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, rege carens, regi non subditus. Ex α priv. et βασιλεύω.

Ἀβάσκανος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidia vacuus, non invidens; (2) non mendax, verus. Ex α priv. et βασκαίνω.

Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, fascini amuletum. Ex iisd.

Ἀβάσκαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. *Gl. V.* infascinabilis. Ex iisd.

Ἀβασκάντως, *adv.* citra invidiam. *Gl. V.* sine fascino, infascinate, præfiscine.

Ἀβασκάνως, idem.

Ἀβάστακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. d. importabilis, portatu impossibilis. Ex α priv. et βαστάζω, *porto*.

Ἀβατὰς, *Dor.* pro ἡβητὴς, puber. Παῖδα τὸν ἀβατὰν Ἀκταίονα, *Callim. Lav. Pall.* 108.

ἌΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, adytum. Ab

Ἄβατος, ου, ὁ ϗ ἡ, invius, accessu vel aditu difficilis; (2) sacer, non adeundus; (3) desertus, desolatus; (4) παρθένου ἀβάτου; sic et ἵππους ἀβάτους, sc. quæ non conscenduntur, *Lucian.* Ex α priv. et βαίνω. Hinc

Ἀβατόω, ῶ, f. ώσω, desertum reddo.

Ἄβαφος, ου, ὁ ϗ ἡ, non tinctus. Ex βάπτω.

ἈΒΒΑ͂, pater. Nomen Syr. indecl.

Ἄββαλε, 3. sing. a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἀπέβαλε, vel ἀνέβαλε· ab ἀποβάλλω, vel ἀναβάλλω.

Ἀβδέλυκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non exsecrabilis.

Ἀβέβαιος, ου, ὁ ϗ ἡ, inconstans, qui facile mutatur, instabilis, infirmus.

Ἀβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas. *Gl. V.* instabilitas.

Ἀβεβαίως, *adv.* inconstanter.

Ἀβέβηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, non profanus, sacer, sacrosanctus, de loco quem non fas est adire.

Ἀβελτερία, ας, ἡ, stultitia, amentia, insipientia, vesania. Vel Ἀβελτηρία, vecordia. *Gl. V.* ruditas. Ab ἀβέλτερος.

Ἀβελτεροκόκκυξ, γος, ὁ ϗ ἡ, *verbum comicum*, stultus; (2) vanus. Ex ἀβέλτερος et κόκκυξ, *cuculus*.

Ἀβέλτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, stultus, insipiens, vecors, melius non cognoscens. *Gl. V.* stolidus.

Ἀβέρβηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, incompositus, inanis, vel idem quod Ἀβύρβηλος, *Hes. Suid.*

Ἀβίαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, non coactus, sine violentia. Hinc τὸ ἀβίαστον, ου, libertas. Ex α priv. et βιάζω, *cogo*.

Ἀβιάστως, *adv.* sine violentia, libere, non coacte. A præc.

Ἄβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui non suppetit victus. Ex α priv. et βίος, i. e. βίοτος, *victus*. (2) dives. Ex α int. (3) longævus. Ex α int. et βίος, *vita*. (4) inermis. Ex α priv. et βιὸς, *arcus*. (5) valde robustus. Ex α int. et βία, *vis*. (6) non violentus, non injurius. (1) vel (2) *Il.* 13, 6. incertum quo sensu acceperit Poeta: ejus temporibus, credo, nihil ambigui fuisse.

Ἀβίωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non vitalis, sine vita; (2) malus, injucundus, molestus: ἀβίωτον et ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis, i. e. misera.

Ἀβιώτως, *adv.* cum tædio vitæ.

Ἀβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ἐπ' ἀβλαβίῃσι νόοιο, *Hom. Hymn. in Merc.* 393. Ab ἀβλαβής.

Ἀβλαβέως, et Ἀβλαβῶς, *adv.* innoxie; *pass.* citra noxam, illæse. Ἀβλαβέως ἀπὸ ποσσὶν ἐδήσατο, absque damno sub pedibus ligavit. *Hom. Hymn. in Merc.* 83. Ab

Ἀβλαβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæsus. Ex α priv. et βλάπτω.

Ἄβλαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex iisd.

Ἀβλαστέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non succresco. Ex α priv. et βλαστέω, seu βλαστάνω.

Ἀβλαστὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, male germinans, infecundus. Ex iisd.

Ἄβλαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisdem.

Ἀβλαύτος, sine soleis, discalceatus. Ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληται, *Opp. Cyn.* 4, 369.

Ἀβληχρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, audacia carens, imbellis, iners. Ex α priv. et βλιμεαίνω, a βλέμμα, *Eustath.* (vid. *Thes. Gr. P.*) Hinc

Ἀβλεμέως, *adv.* imbeciliter, ignave, *al.* negligenter. Sed et pro ἀμελέως, *E. M. Suid.* ab ἀμελὴς. q. v.

Ἀβλεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, despectus, vilis, indignus qui videatur. Ex α priv. et βλέπω, *video*.

Ἀβλεπτέω, f. ήσω, non video, conniveo, cæcutio; (2) pecco. Ex iisd. Hinc

Ἀβλέπτημα, ατος, τὸ, peccatum, erratum.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconsiderantia.

Ἀβλὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, nondum jactus, *Il.* 4, 117. (male jactus, *E. M.*) Ex α priv. et βάλλω, *jacio*.

Ἄβλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, nondum missus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæsus, *Il.* 4, 540. Ex iisd.

Ἀβληχὴς, ὲς, ubi nulli sunt balatus, *Ep.* Ex α priv. et βληχή.

Ἄβληχρος, ου, ὁ ϗ ἡ, al. ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α priv. vel pleon. et βληχρὸς, *debilis*.

Ἀβλίμαστος, ὁ ϗ ἡ, intactus. Ab α priv. et βλιμάζω, *premo*.

Ἀβλόει, *sacrifica*, 2. sing. præs. imper. act. *contract.* pro ἀβλόεε, a verbo ἀβλοέω.

Ἀβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. et βοηθέω, *auxilior*.

Ἀβοήθητος, ου, ὁ ϗ ἡ, auxilio destitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex iisd.

Ἀβοητὶ, *adv.* sine clamore, sine pugna. Ab α priv. et βοή.

Ἀβόητος, ον, ubi nullus est clamor, vel sine pugna, *Nonn.* Ex α et βοή.

Ἀβολέω, occurro. Ὡς τ' ἀβόλησαν Λητοΐδῃ κατὰ νῆσον, *Apoll. Rhod.* 11, 770.

Ἀβόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβόλησα, a verbo ἀβολέω, *occurro*.

Ἀβολήτωρ, ορος, ὁ, qui occurrit seu convenit, *E. M.* Ab ἀβολέω.

Ἄβολος, ου, ὁ ϗ ἡ, (pullus equinus) qui nondum amisit dentes ætatis indices. Ex α priv. et βάλλω, *jacio*.

Ἄβοτος, ου, ὁ ϗ ἡ, pascuis carens, non pastus. Ex α priv. et βόσκω, *pasco*.

Ἀβουκόλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, injucundus, (vid. *Thes. Gr. P.*) fastidiosus, repudiandus, *Ern.* Ex α priv. et βουκολέω, *demulceo*.

Ἀβουλεὶ, *adv.* inconsulte, temere.

Ἀβουλεύτως, *adv.* inconsulto, sine deliberatione. Ex α priv. et βουλεύω, *consulto*.

Ἀβουλέω, f. ήσω, nolo; (2) non consulto. Ex α priv. et βουλή.

Ἀβουλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, nolens, invitus; (2) inconsultus. Ex α priv. et βούλομαι, vel βουλή.

Ἀβουλησία, ας, ἡ, nolentia. Ex α priv. et βούλομαι. Potius ex ἀβουλέω. Et hinc

Ἀβούλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accedit.

Ἀβουλήτως, *adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito.

Ἀβουλία, ας, ἡ, consilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, stultitia; (4) consilii pravitas. Ex α priv. et βουλή.

Ἄβουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, consilii expers; (2) stultus. *Gl. V.* incogitans, inconsultus, id. quod δύσβουλος, *Soph.*—vel κακόβουλος, *Thucyd.*

Ἀβουλότατα, *adv.* inconsultissime, inconsideratissime, *Herodot.*

Ἀβούλως, *adv.* temere, imperite, male, inconsulte, sine ratione. Ab ἄβουλος.

Ἀβούτεω, gen. sing. *Ion.* pro ἀβούτου, ab

Ἀβούτης, ου, ὁ, bobus carens. Ex α et βοῦς, *bos*: *al.* egenus. Κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω, *Hesiod. Oper. et Dies*, 449 et 451. Ex α priv. et βοτὸν, *pecus*. *E. M.*

ἌΒΡΑ, vel ἄβρα, ας, ἡ, ancilla honestior, pedissequa.

Ἀβράκησαν, *sonuerunt*, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠβράκησαν, ab ἀβρακέω.

Ἄβραχε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἤβραχε, ab ἀβράχω, *sono*.

Ἄβρεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α priv. et βρέχω.

Ἁβρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int. et βρίζω.

Ἀβριθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, sine pondere, levis. Ex α priv. et βρίθω, *sum gravis*.

Ἀβρίξαι, a. 1. inf. act. v. ἀβρίζω. Unde

Ἄβρικτος, ου, ὁ ϗ ἡ, insomnis, vigil; (2) surdaster, ex parte tantum audiens.

Ἁβροβάτης, ου, ὁ, molli incessu utens. Ex ἁβρὸς et βαίνω.

Ἁβρόβιος, ὁ ϗ ἡ, qui mollioris vitæ est, delicatus, ἁβροβίων Ἀράβων γένος, *Dionys.* 968.

Ἁβρογόος, ου, ὁ ϗ ἡ, molles gemitus edens. *Æschyl. Pers.* 541.

Ἁβρόδαις, ὁ, idem quod ἁβροδίαιτος, *Ath.*

Ἁβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem et delicatam ago. Ex ἁβρὸς et δίαιτα.

Ἁβροδίαιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, molliter et delicate vivens. *Gl. V.* ἁβροδίαιτον, delicatum.

Ἁβροείμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, delicate vestitus. Ex ἁβρὸς et εἶμα, *vestis*.

Ἁβρόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, molles et delicatos fructus ferens.

Ἁβροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma sum; (3) deliciosus sum. Ex κόμη.

Ἁβροκόμης, *Dor.* ἁβροκόμας, ου, ὁ, qui molli et delicata coma est. Ex iisd.

Ἁβρόκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd. *Suid.*

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ strepitu carent.

Ἀβρόμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, abstinens a vino, abstemius.

Ἄβρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, strepitum magnum edens, tumultuosus, *Il.* 13, 41. Ex α int. et βρόμος, *strepitus*.

Ἁβρόπηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, molli et subtili stamine contextus. Ex ἁβρὸς et πήνη, *Ern.* πῆνος, tela, *Hes.*

Ἁβρόπλουτος, ου, ὁ ϗ ἡ, molli et opulento ornatu condecoratus.

Ἁβρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) festivus; (4) gravitatem præ se ferens.

Ἁβροσταγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς et στάζω, *stillo*.

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus; (2) splendor, nitor. Ab ἁβρός.

Ἀβροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro, *Il.* 10, 56. Ab ἀβρότη, *nox*.

Ἀβροτέω, nocte occurro; (2) pecco. Ab eod.

ἈΒΡΟΤΉ, ης, ἡ, nox, aliquando cum nomine νὺξ, (*Il.* 14, 78.) Quasi ex α priv. et βροτὸς, *homo*, quia noctu homines latent, et nox illis quasi favet.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἁβρότιμος, ὁ ϗ ἡ, delicatus, pretiosus. Ex ἁβρὸς et τιμὴ, *decus*, *pretium*.

Ἀβροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, ut ἀβροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab

ἈΒΡΌΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis. *Angl.* SOUTHERNWOOD.

Ἄβροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, immortalis, incorruptus, divinus, *Hom.*—carens mortalibus, *Æsch.*—sensu non præditus, *Suid.*—inhumanus, *Hes.*

Ἁβροχαίτης, ου, ὁ, *Dor.* ἁβροχαίτας, qui tenera et molli coma est. Ex ἁβρὸς et χαίτη.

Ἀβροχία, ας, ἡ, siccitas, pluviæ defectus. Ab

Ἁβροχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, molli tunica indutus.

Ἄβροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, immadidus, non madefactus, ubi non pluit, siccus. Ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη, *Call. in Jov.* 19. Ex α priv. et βρέχω, *madefacio*.

Ἀβρόχως, *adv.* sine pluvia.

ἌΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora. (f. ab ἁβρὸς, *Steph.*)

Ἁβρύνω, ἁβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, nitesco, cultum mihi comparo, glorior, insolesco. Ab ἁβρός.

Ἄβρωμος, ὁ ϗ ἡ, sine fœtore, sine salsugine.

Ἁβρῶς, *adv.* molliter, delicate.

Ἀβρὼς, ῶτος, ὁ ϗ ἡ, idem quod

Ἄβρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non voratus, non exesus; (2) cariem non sentiens; (3) esui ineptus. *Gl. V.*

Gl. V. ἄβρωτον, irrosum, inesum. Ex α priv. et βρώσκω, *voro, edo.*

Ἄβυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod

Ἄβυσσος, *adj.* fundo carens; ut passim usurpatur. Sed et substantive abyssus, infinitæ profunditatis vorago; (2) in sacris, gehenna, infernus; (3) *Trop.* adfluentia rerum. Ex α priv. et βυσσός, *Ion.* pro βυθός.

ἈΒΥΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, multus, magnus, satietatem adferens; (2) impudens, invisus, *Hes. Suid.* Ἀβύρβητον, *E. M.*

Ἀβυρτάκη, ἡ, barbarium ἐπίτριμμα, et edulium, *Alex. ap. Athen.* Hinc

Ἀβυρτακοποιός, ὁ καὶ ἡ, qui vel quæ conficit ἀβυρτάκην, *Demetr. ib.*

Ἀβυσσοτόκος, ον, abyssum habens seu pariens, *Cyr.*

Ἀγάασθαι, præs. inf. med. *Poet.* pro ἄγασθαι, ab ἄγαμαι.

Ἀγάγας, *qui duxit*, a. 2. part. act. *Ion.* pro ἀγαγών, et hoc *Att.* pro ἀγών, ab ἄγω.

Ἀγαγεῖν, *duxisse*, a. 2. inf. act. *Dor.* pro ἀγαγεῖν, et hoc *Att.* pro ἀγεῖν.

Ἀγάγετε, 2. pl. a. 2. imper. act. *Att.* pro ἄγετε.

Ἀγάγοι, 3. sing. a. 2. opt. act. *Att.* pro ἄγοι.

Ἀγαγῶ, *ducam*, f. 2. ind. act. *Att.* pro ἀγῶ.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, invidus; (2) qui valde æmulatur, *Steph.* Ex ἄγαν et ζῆλος.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio; (2) veneror; (3) indignor, succenseo, *Il.* 14, 111. (4) invideo. Ἀγάζομαι σοῦ τὸ φρόνημα, σὲ τοῦ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθός et ἀρχὴ, *principium.*

Ἀγάθεος, *Pind.* p. 9. Vid. ἠγάθεος.

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἀγαν.

Ἀγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus prosequor. Ab ἀγαθός, *bonus.*

Ἀγαθικός, ἡ, όν, probus; (2) recte et cum virtute factus. Ab eod.

ἈΓΑΘΙΣ, ίδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. (Et Ἀγαθοδότις, ἡ, fem. *Steph.*)

Ἀγαθοεργέω, benefacio, bene ago. Ex ἔργον.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex iisd.

Ἀγαθοεργοί, qui ex equitibus exibant quinque quot annis apud Spartiatas, *Hes.* vel ut *Suidas*, illi qui ex ephoris deligebantur strenuitatis ergo. Ἐς δὲ δὴ Λίχης τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων ἀνεῦρεν, *Herodot.* 1, 67.

Ἀγαθοεργός, οῦ, beneficus, bene meritus.

Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, bonorum electio, sive voluntas, adfectus eligendi bona, *Suid.* Ex θέλω.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) prosum.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, bonum vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ποιέω.

Ἀγαθοπρεπής, έος, ὁ καὶ ἡ, bonos decens; (2) benignus. Ex ἀγαθός et πρέπω.

Ἀγαθοπρεπῶς, ut bonum decet; (2) benigne.

Ἀγαθόῤῥυτος, ον, pure fluens. Ex ἀγαθός et ῥέω, *Synes.*

ἈΓΑΘΟΣ, ἡ, όν, bonus, probus; (2) fortis, strenuus; (3) prudens; (4) præstans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) faustus, secundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) purus; (12) dives; (13) servit et ironiæ in allocutionibus. Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, bonum; (2) commodum, emolumentum; (3) hinc formula ἐπ' ἀγαθῷ, auspicato, item bono consilio; (4) ap. *Scriptores Eccl.* S. Cœna. Ἀγαθὰ, τὰ, divitiæ, opes; (2) res secundæ; (3) virtutes. Hinc

Ἀγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, *Gl. V.* adfectus ad benefaciendum proximo, *N. T.*

Ἀγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab

Ἀγαθοτελής, έος, ὁ καὶ ἡ, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθός et τέλος.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio. Ab ἀγαθουργός.

Ἀγαθουργής, beneficus. Ex ἀγαθός et ἔργον.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγαθουργίη, beneficentia; (2) bonum opus.

Ἀγαθουργικός, ἡ, όν, beneficus, benignus.

Ἀγαθουργός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, beneficus, benignus.

Ἀγαθοφυής, έος, ὁ καὶ ἡ, natura seu indole bonus. Ex ἀγαθός et φυή. Hinc

Ἀγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens.

Ἀγαθυνθείς, *gavisus*, a. 1. part. pass. verbi

Ἀγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; et ἀγαθύνομαι, bene adfectus sum.

Ἀγαθῶς, *adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide.

Ἀγαθώτατος, *optimus*, ab ἀγαθός.

Ἀγαίεται, 3. sing. præs. med. v. ἀγαίομαι.

Ἀγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidiosus. *Gl. V.* invidus; (3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*, (potius ab ἄγη, *E. M.*)

Ἀγαίω, et quod usitatius, ἀγαίομαι, admiror; ἀγαιόμενος προσέειπεν, mirabundus, *Apoll. Rhod.* 1, 899; (2) obstupefacio, perterrefacio; (3) succenseo, indignor. Τῷ δὴ τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, irascitur, *Hesiod. Oper. et Dies*, 331; (4) invideo. Ab ἀγάω.

ἈΓΑΙΩΝ, ονος, ὁ, Sol. *V. L.*

Ἀγακλεής, έος, ὁ καὶ ἡ, valde gloriosus, percelebris. Ex ἄγαν et κλέος, *gloria.* Hinc

Ἀγακλειτός, ἡ, όν, valde celebris, præclarus, inclytus, *Il.* 2, 564.

Ἀγακλεῶς, studio gloriæ, *Ern.* celeberrime, valde gloriose, *Hipp.*

Ἀγακλήεις, εσσα, εν vide ἀγακλεής, *Apoll.*

Ἀγακλυτός, ἡ, όν, percelebris, inclytus.

Ἀγακτίζω, bene condo, perf. part. ἀγακτισμένη (vel ἀγακτιμένη) πόλις, urbs pulchre extructa, *Pind. Pyth.* 5, 107. Ex ἄγαν et κτίζω.

Ἀγάλακτες, ων, οἱ, collactanei, sc. qui idem lac suxerunt; (2) consanguinei; (3) æquales, ætate pares; (4) simul educati; (5) fratres; (6) sacrorum gentilitiorum participes; (7) lacte carentes. Οὐδ' ἀγάλακτες ὄϊες, οὐδ' ἄκυθοι, neque sine lacte oves, aut steriles fuerint, *Call. in Apoll.* 52. Sing. ἀγάλαξ reperitur in *Hesychio.* Ex α notante ὁμοῦ et γάλα, *lac.*

Ἀγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α priv. vel int. et γάλα.

Ἀγάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lacte carens; (2) collactaneus, *Ern.* Idem quod ἀγάλαξ. vide supra in ἀγάλακτες. Ἔθρεψεν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις ἀγάλακτον, leonem educavit exitialem ædibus lacte nutritum, *Æschyl. Agam.* 726. Ex iisd.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qu. lactis communicatio; (2) lactis inopia. Ab α i. e. ὁμοῦ, vel α priv. *Ern.*

Ἀγαλέος, vide ἠγαλέος, *E. M.*

Ἀγαλλητόν, οῦ, τὸ, delectabile; (2) admirabile. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλλίαμα, ατος, τὸ, exsultatio præ gaudio magno, *Ph.* exultatio, al. *Gl. V.* jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

Ἀγαλλιᾶσθε, *exultate*, 2. pl. præs. imperat. med. *contr.* pro ἀγαλλιάεσθε, ab ἀγαλλιάω.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, lætitia, *N. T.*

Ἀγαλλιάω, ῶ, et frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exsulto, gestio, tripudio. *Gl. V.* ἀγαλλιῶμαι, jubilo. Ab ἀγάλλω.

ἈΓΑΛΛΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum et gustu austeriori, *Diosc.*

ἈΓΑΛΛΩ, f. αλῶ, orno, insignio, facio delectabile; et ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, gestio, exsulto: a. 1. inf. ἀγῆλαι, decorare.

Ἄγαλμα, ματος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) simulacrum, statua, imago, *Il.* 4, 144. (3) res ornata, ut victima sertis, auro ornata; (4) simulacrum dei. Βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα, regi vero est repositum deliciis, *Il.* 4, 144; (5) de liberis, ἄγαλμα πατρὸς, de filia, *Eurip. Sup.* 1154. Νηρέως ἀγάλματα, Nerei quinquaginta filiæ. *Id. Iph. in Tauris*, 273. Καδμείας νύμφας ἄγαλμα καὶ Διὸς γόνος, Cadmeæ decus o puellæ et Jovis soboles, *Soph. Antig.* 1115. Εἰ γὰρ πατέρος ἄγαλμα φόνιον ἀξέλοι, utinam auferat meos filios occisos, *Eurip. Suppl.* 369, 370; *Il.* 4, 144. Ἱρὸν ἄγαλμα Κύπριδος, *Callim. in Delum*, 307. *Id. in Lav. Pall.* 39. *Epig.* 35, 1. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλμάτιον, ου, τὸ, simulacrum parvum, imaguncula, statua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

Ἀγαλματογλύφος, ου, ὁ, marmorarius, *Ph.* sculptor. Ab ἄγαλμα et γλύπτω, *sculpo.*

Ἀγαλματοποιέω, ῶ, statuas conficio. Hinc

Ἀγαλματοποιητικός, ἡ, όν, conficiens statuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητική, ῆς, sc. τέχνη, ars statuaria, seu conficiendi statuas.

Ἀγαλματοποιΐα, ας, ἡ, simulacrorum confectio, *Ern.* Ab

Ἀγαλματοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, statuarum et simulacrorum fabricator, statuarius. *Gl. V.* fictor simulacri, sigillarius.

Ἀγαλματουργία, ας, ἡ, ars statuaria, seu conficiendi statuas et simulacra. Hinc

Ἀγαλματουργικός, ἡ, όν, conficiens statuas, vel pertinens ad confectionem statuarum. Ab

Ἀγαλματουργός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, statuarius. Ex ἔργον.

Ἀγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quasi simulacrum gestor, in animo circumferor. Exp. etiam decorari, insigniri, *Hes.*

Ἀγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in simulacrum verto; (2) simulacrum facio. Ab ἄγαλμα.

Ἀγαλμοτύπης, ες, idem quod ἀγαλματοποιός, *Maneth.* Ex ἄγαλμα et τύπτω.

Ἄγαμαι, admiror, *Il.* 3, 180. (2) probo, laudo. a. 1. ἠγάσθην. part. ἀγασθείς, admiratus. Ἄγαμαί σε τοῦτο, σοῦ τοῦτο, τῆς ἀρετῆς. Ab ἀγάω.

Ἀγαμένως, *adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι· part. ἀγαμένος.

Ἀγάμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α priv. et γαμέω, *nubo.*

Ἀγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

Ἀγάμιον, ου, τὸ· ἀγαμίου δίκη, crimen cælibatus, id. et ab eod.

Ἄγαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupsit, *Ph.* cælebs, *Il.* 3, 40. (2) viduus, qui uxore mortua factus est cælebs. γάμος ἄγαμος, nuptiæ quæ non sunt nuptiæ, id est, nuptiæ nefariæ, vel infaustæ, inauspicatæ, *Soph. Œd. Tyr.* 1214.

ἊΓΑΝ, *adv.* nimis, immodice, nimium, valde, (aliquando nominis adjectivi formam induit cum articulo, ut τὸν ἄγαν φόβον, *Plut.*) οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, οὐ γὰρ ἄγαν ἐδόκει, non pulchrum eum dixi: neque multum mihi esse visus est, *Call. Epig.* 47, 2.

ἈΓΑΝΑΚΤΕΩ, ῶ, f. ήσω, indignor, stomachor, ægre fero, conqueror, succenseo, excandesco, ringor. Ἀγανακτεῖν τινι, πρός τινα, κατά τινος. Hinc

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, stomachatio.

Ἀγανακτητός, ἡ, όν, indigne ferendus. Ab eod.

Ἀγανακτικός, ἡ, όν, querulus, qui facile queritur et ægre fert casus incommodos. Ab eod.

Ἀγανακτικῶς, irate, ægre.

Ἀγανής, έος, ὁ καὶ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α int. et γάνος, *lætitia.*

Ἀγανῆσι, *Ion.* pro ἀγαναῖς, ab ἀγανός.

Ἀγάννιφος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde nivosus, nivalis, *Il.* 1, 419. Ex ἄγαν et νίφομαι.

Ἀγανοβλέφαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανός et βλέφαρα, *palpebræ.*

Ἀγάνορας, acc. pl. *Dor.* pro ἀγήνορας.

Ἄγανος, fractus, vel qui facile frangitur, *Suid.* Ab ἄγω, *frango.*

Ἀγανός, ἡ, όν, mitis, placidus, blandus, *Il.* 2, 164. (2) desiderabilis. Ex α int. et γάνος.

Ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, mansuetudo, lenitas, jucunditas, *Il.* 24, 471. Ab

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, mitis, blandus, mansuetus, placidus, *Il.* 20, 467. Ex φρήν.

Ἀγανώπης, ου, ὁ, qui blandis est oculis. Ex ἀγανός et ὤψ. Hinc

Ἀγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adspectum habens, blando adspectu intuens.

Ἀγάνωρ, *Dor.* pro ἀγήνωρ, strenuus.

Ἀγαπάζοντι, *Dor.* pro ἀγαπάζουσι, ab

Ἀγαπάζω, amo, comiter excipio, amplexor; (2) curo, condo, *de funere.* Ab

ἈΓΑΠΑΩ, f. ήσω, amo, diligo; (2) amice et hilare

hilare excipio; (3) osculor; (4) præfero; (5) contentus sum, adquiesco, probo. Ἠγάπα, εἰ δύναιτο τὴν χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν. *Xenoph. Hist.* 3. contentus erat si modo regionem a direptione immunem servare posset. ἀγάπησον, dilige, *Ph.* a. 1. act. ἀγαπηθεὶς, dilectus, *Ph.* a. 1. part. pass. ἠγαπημένος, dilectus, *Ph.* dilectissimus, perf. part. pass. Ἀγαπᾷν τὰ χρήματα, τὸ ἀντὶ, seu πρὸ ἐκείνε, μᾶλλον ἢ, præferre; τοῖς παρȣ͂σι, sorte contentus esse.

Ἀγαπαστὸς, ὁ ϗ ἡ, amplectendus.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio, caritas; (2) osculum. ἀγάπαι, convivia Christianorum sacra. Ab ἀγαπάω.

Ἀγάπημα, ματος, τὸ, dilectio; (2) res, seu persona, quæ amatur. Ab eod.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, fortis, strenuus, virtutis amans, *Il.* 8, 114. Ex ἀγαπάω et ἠνορέη, *Ion.*

Ἀγάπησις, εως, ἡ, dilectio. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπησμὸς, ȣ͂, ὁ, idem. Ab eod.

Ἀγαπητέον, sc. ἐςὶ, adquiescendum est, contentum esse oportet. Ab eod.

Ἀγαπητέος, έα, έον, amandus. Ab eod.

Ἀγαπητικὸς, ἡ, ὸν, vim diligendi habens.

Ἀγαπητικῶς, *adv.* amanter, benevole.

Ἀγαπητὸς, ἡ, ὸν, dilectus, carus, amabilis; (2) unicus, sc. unigenitus; (3) vir cum diaconissa habitans, ut ἀγαπητὴ, virgo habitans cum monachis cælibatum professis; (4) ἀγαπητόν ἐςι, boni consulendum est, non respuendum est. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπητῶς, *adv.* grate, amabiliter; (2) cupide, libenter; (3) satis. (ἀγαπητῶς ἔχειν, contentus esse, *Herodian.*) (4) vix, ægre, *Ern.* Δεινὸν γὰρ ἦν, τοὺς ἀγαπητῶς ὀλίγῳ πρότερον σεσωσμένους, ἐφ᾽ ἕτερον κίνδυνον ἰέναι, *Lysias, Def. pro Mantitheo,* 307.

Ἀγαπῴην, *diligam,* 1. sing. præs. opt. act. *Att.* pro ἀγαπάοιμι.

Ἀγαπωμένη, ης, ἡ, amasia, amica. Ab

Ἀγαπώμενος, ȣ, ὁ, amasius, amicus. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπῶν, præs. part. act. *contr.* pro ἀγαπάων.

Ἀγαπῶντας, pro ἀγαπάοντας.

ἈΓΑΡΙΚΌΝ, ȣ͂, τὸ, agaricum. Nomen fungi arboris.

Ἀγάῤῥητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valde ingratus et invisus, *Phav.* Ex ἄγαν et ῥητός.

Ἄχειλος, ου, ὁ ϗ ἡ, labiis carens; (2) qui sine ora sive margine est.

Ἀχείμαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, tranquillus, nullis tempestatibus agitatus. Ex α priv. et χεῖμα.

Ἀχείμαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ἄχειρ, ρος, ὁ, ἡ, τὸ, manibus carens, mancus. Ex α priv. et χεὶρ, *manus.*

Ἀχειραγώγητος, ον, immansuetus, sævus.

Ἀχειρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ἀχειρία, ἡ, *opp.* εὐχειρία, defectus manus, tarditas manus.

Ἀχειρογιώργητος, ον, non cultus manu humana.

Ἀχειρόπλαστος, ον, non fictus manu.

Ἀχειροποίητος, ου, ὁ ϗ ἡ, non manu vel manibus factus; (2) non humano structus opere.

Ἀχειροποιήτως, *adv.* sine manuum opera.

Ἄχειρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἄχειρ.

Ἀχειρότευκτος, ον, non factus manu humana.

Ἀχειροτόνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nullis electus est suffragiis.

Ἀχείρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui subigi non potest, insuperabilis; (2) manu non factus, manu non satus. Φύτευμ' ἀχείρωτον, *Soph. Œd. Col.* 698.

Ἀχέοισα, part. præs. act. f. g. *Dor.* pro ἠχέουσα. Ab ἀχέω, *doleo.*

ἈΧΕΡΔΟΣ, ου, ὁ, spina quædam.

Ἀχεροντιὰς, άδος, ἡ, Acherusa, infernalis, *Ep.*

Ἀχερόντιος, α, ον, Acherusus, *Ar.*

ἈΧΕΡΩΙ'Σ, ίδος, ἡ, populus alba.

Ἀχεῦσιν, *resonant*, 3. plur. præs. ind. act. *Dor. Æol.* et cum ν ἐφελκ. pro ἠχοῦσι.

Ἀχεύω, fut. εύσω, doleo, ægre fero. Θυμὸν ἀχεύων, *Il.* 5, 869.

Ἀχέω, ῶ, f. ήσω, idem et ab eod.

Ἀχέω, *resono, Dor.* pro ἠχέω.

Ἀχὴν, ῆνος, ὁ ϗ ἡ, pauper, mendicus. Ex α priv. et ἔχω, (vel ab α int. et χάω, χαίνω, *hisco*, ut sit valde avidus, admodum famelicus, *Ern.*)

Ἀχηνία, ας, ἡ, pauperies, mendicitas. Προσπίζει χρημάτων ἀχηνία, *Æschyl. Choeph.* 299.

Ἀχηρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vel potius ἀχήρης, dolorificus, molestus. Ab ἄχος.

Ἄχης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἀχήν.

Ἀχήση, *Dor.* pro ἠχήση, ab ἀχέω.

Ἀχθεινὸς, ἡ, ὸν, gravis, onerosus; (2) molestus; (3) invisus; (4) laboriosus Ab ἄχθος.

Ἀχθεινῶς, *adv.* moleste, graviter.

Ἀχθεὶς, *ductus*, a. 1. part. pass. verbi ἄγω.

Ἀχθέσει, 2. sing. f. 1. ind. med. *Att.* pro ἀχθέση, a verbo ἀχθέω, *doleo.*

Ἀχθηδὼν, όνος, ἡ, dolor, tristitia. Ab eod.

Ἀχθῆναι, *adduci*, a. 1. inf. pass. verbi ἄγω.

Ἀχθηρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, onerosus, gravis, molestus. Ab ἀχθέω, (nisi potius sit ἀχθήρης, ab ἄρω, *apto*, Ern.)

Ἀχθηρῶς, *adv.* gravate, gravatim.

Ἀχθήσομαι, *dolebo*, f. 1. ind. med. verbi

Ἄχθομαι, f. θέσομαι, vel θήσομαι, gravor, pondere premor, ingemo sub pondere; (2) gravate fero, ægre et moleste fero; (3) succenseo. Ἄχθεσθαι περί τινος πράγματος. Ἀνὴρ δ' ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνὼν, *Eurip. Med.* 244. τοῖς πρέσβεσι, *Aristoph. Ach.* 62. Οὕτω τοῖς παισὶν ἄχθομαι, *Soph. Phil.* 961. Πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι, *Aristoph. Lys.* 10. Ab ἄχθος.

ἌΧΘΟΣ, εος, τὸ, pondus, onus; (2) dolor, gravis molestia, quasi ἄχος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ θ. Stoici λύπην βαρύνουσαν definiunt, id est, ægritudinem prementem.

Ἀχθοφορέω, ῶ, f. ήσω, onera fero, onera sustineo. Ex ἄχθος et φορέω. Unde

Ἀχθοφορία, ας, ἡ, *Ion.* ἀχθοφορίη, molestia in oneribus ferendis, bajulatio.

Ἀχθοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui sarcinas et onera fert, bajulus, sarcinarius. Ex iisd.

Ἀχὶ, vel ἄχι, *adv.* facile, *Suid.*

Ἅχι, *ubi, Dor.* pro ἧχι.

Ἀχιλῆα, acc. sing. *Ion.* et *Poet.* pro Ἀχιλλέα, ab Ἀχιλλεύς.

Ἄχιλος, ου, ὁ ϗ ἡ, sine succo aut nutrimento; (2) pabulo destitutus; (3) pabulo abundans. Ex α priv. vel intens. et χιλός.

Ἀχίτων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui tunicam non habet.

Ἀχλαινία, ας, ἡ, defectus lænæ. Ab

Ἄχλαινος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui est sine læna vel veste. Ex α priv. et χλαίνη.

ἌΧΛΑΞ, ακος, ὁ, arena lapidosa, glarea; (2) lapillus. Vid. κάχληξ.

Ἀχλόητος, ον, idem quod

Ἄχλοος, ἄχλους, ου, ὁ ϗ ἡ, virore destitutus. Ex α priv. et χλόα, *herba virens.*

Ἀχλυόεις, όεσσα, όεν, caliginosus. Ab ἀχλὺς.

Ἀχλυόπεζα, ἡ, caliginosos pedes habens, *Tryph.*

ἈΧΛΥ'Σ, ύος, ἡ, caligo; (2) tenebræ; (3) nebula; (4) oculorum caligatio. Hinc

Ἀχλύω, f. ύσω, et ἀχλυόω, f. ώσω, caligo, obtenebror; (2) obtenebro.

Ἀχλυώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, caliginosus, nebula obtectus. Ab eod.

ἌΧΝΑ, vel ἄχνη, ης, ἡ, gluma, acus; (2) fumus, fuligo; (3) spuma; (4) sordes; (5) tenuissima et minima pars alicujus rei. *Sophocles* pro rore usurpavit. (3) ἁλὸς ἄχνην, maris spumam, *Il.* 4, 426. Οὐρανίη ἄχνη, ros, *Soph. Œd. Col.* 681. Οἰνωπὸς ἄχνη, vinum in libationibus humi sparsum, *Eurip.* In genere ἄχνη dicitur de rebus non cohærentibus sed minutatim sparsis. Ἀδινῶν χλωρὰν τέγγει δακρύων ἄχναν, densarum lacrimarum fundit rorem, *Soph. Trach.* 847. Et ἄχναι, somni, *apud Hippocratem.*

Ἄχνοος, ου, *contr.* ἄχνους, ου, ὁ ϗ ἡ, lanugine carens, imberbis; (2) impuber.

Ἄχνυμαι, f. ύσομαι, doleo. Ab ἄχος.

Ἀχνύμενος, præs. part. med.

Ἀχνὺς, ύος, ἡ, mœror. Ab ἄχνυμαι.

Ἀχοῖ, *Echo*, dat. sing. *Dor.* et *contr.* pro ἠχόϊ, ab ἠχὼ, *Echo.*

Ἀχολία, ἡ, mens non biliosa, nulla bilis. Ab

Ἄχολος, ου, ὁ ϗ ἡ, bile seu felle carens. Ex α priv. et χολὴ, *fel, bilis.*

Ἄχομαι, idem quod ἄχνυμαι, *Hom.*

Ἀχορδος, ου, ὁ ϗ ἡ, sine fidibus. A χορδὴ, *chorda.*

Ἀχόρευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, carens choreis; (2) illætabilis. (2) ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη, *Soph. El.* 1069. Ἄτας κελαδεῖν ἀχορεύτους, *Eurip. Troad.* 121. Ex α priv. et χορεύω, *choreas duco.*

Ἀχορηγία, ας, ἡ, inopia commeatus seu apparatus.

Ἀχορηγησία, ας, ἡ, idem. Ex α et χορηγέω.

Ἀχορήγητος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui non subministratur, non suppetit, egens. Ex iisd.

Ἄχορος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἀχόρευτος. (1) ὅτε Μοῖρ' ἄχορος ἀναπέφηνε, *Soph. Œd. Col.* 1022. (2) ἀχόρους στοναχὰς μέλποντο, *Eurip. Andr.* 1038.

Ἀχόρταστος, ου, ὁ ϗ ἡ, insatiatus, inexpletus, inexplebilis. Ex α priv. et χορτάζω.

ἌΧΟΣ, εος, τὸ, mœror, dolor, tristitia. Οὐράνιον ἄχος, aeris præcipua pestis, *Soph. Antig.* 418.

Ἀχραὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, impollutus, incontaminatus, purus, intactus. Ex α priv. et χραίω.

Ἀχρανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisdem.

Ἄχραντος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

ἈΧΡΑ'Σ, άδος, ἡ, pirus sylvestris; (2) fructus piri silvestris.

Ἀχρειόγελως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, temere vel sine causa ridens; (2) qui in re tristi ridet; (3) ineptus, stultus. Ex ἀχρεῖος et γέλως.

Ἀχρεῖον, *adv.* leviter, indecore, alieno loco; inutiliter, *sed eo sensu quo sæpe apud Latinos, ut apud Hirtium*, Multa Romæ male et inutiliter (hoc est perniciose) administrari. Ἀχρεῖον ἰδὼν, deforme tuens, fœdo vultu, *Il.* 2, 269. Ab ἀχρεῖος.

Ἀχρειοποιὸς, οῦ, ὁ, inutilia faciens.

Ἀχρεῖος, εία, εῖον, inutilis; (2) ineptus; (3) *cum de homine malo dicitur, verti debet* maxime nequam, perniciosus, *ut sexcentis in locis apud Latinos vox hæc* inutilis. Ex α priv. et χρεία. Hinc

Ἀχρειόω, ῶ, f. ώσω, inutilem reddo; et (2) *in pass.* inutilis fio (2) τοὺς δὲ λοιποὺς ἠχρειωκότα, reliquos inutiles futuros, *Polyb.* 3, 64.

Ἀχρείως, *adv.* turpiter. Ab eod.

Ἀχρήεις, ήεσσα, ῆεν, inutilis. Ab eod.

Ἀχρήϊστος, idem quod ἄχρηστος, *Mus.*

Ἀχρηματία, ας, ἡ, inopia pecuniæ. Ab

Ἀχρήματος, ου, ὁ ϗ ἡ, carens pecunia, inops. Ex α priv. et χρήματα, *opes.*

Ἀχρημονέω, ῶ, f. ήσω, pecunia careo, sum inops. Ab ἀχρήμων. Unde

Ἀχρημοσύνη, ης, ἡ, inopia, pecuniæ defectus.

Ἀχρήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἀχρήματος. Ὡς μήτ' ἀχρήμων ξὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς, *Eurip. Med.* 461.

Ἀχρὴς, ὲς, inutilis, molestus, *E. M.*

Ἀχρησία, ας, ἡ, idem quod ἀχρηστία.

Ἀχρήσιμος, ον, inutilis.

Ἀχρηστέω, ῶ, f. ήσω, p. ηκα, inutilis sum; (2) inusitatus sum.

Ἀχρηστία, ας, ἡ, inutilitas; (2) desuetudo, omissio usurpationis. Ab

Ἄχρηστος, ου, ὁ ϗ ἡ, inutilis, incommodus; (2) inusitatus; (3) improbus.

Ἀχρήστως, *adv.* inutiliter; (2) inusitate.

Ἄχρι, vel ἄχρις, *adv.* dicitur ut μέχρι, q. v.

Ἄχριστος, ου, ὁ ϗ ἡ, non unctus, non illitus.

Ἀχροέω, f. ήσω, et ἀχροιέω, sum coloris expers; (2) nativum colorem amisi; (3) sum pallidus. Ab ἄχροος.

Ἄχροια, ας, ἡ, coloris carentia, nullus color; (2) pallidus color; (3) color amisso colore nativo. Ab eod.

Ἄχροιος, ον, exsanguis, coloris expers.

Ἄχρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, expers temporis, æternus.

Ἀχρόνως, *adv.* sine tempore, citra temporis principium; (2) subito, statim.

Ἀχρονοτριβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, celeriter seu subito factus; (2) qui tempus non terit. Ex α priv. et χρονοτριβέω, *tempus tero.*

Ἄχροος, *contr.* ἄχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, coloris expers, nullo colore imbutus; (2) qui nativum colorem amisit, decolor. A χρόα.

Ἀχρυσόπεπλος, ου, ὁ ϗ ἡ, carens veste aurea.

Ἄχρυσος, ου, ὁ ϗ ἡ, auro carens, pauper.

Ἀχρωμάτιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, nullo colore imbutus, coloris expers. Ex χρωματίζω.

Ἄχρωμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem; (2) turpis, impudicus. Ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐργασία ἄχρωμος, *de lenone. Artemidor.* 4, 43. A χρῶμα, *color.*

Ἄχρωστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem; (2) inverecundus, impudens. Ex α priv. et χρώζω.

Ἄχυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, exsuccus; (2) insipidus; (3) fatuus. Ex α priv. et χυλὸς, *succus.*

Ἄχυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ἀχύμωτος, ον, idem. Ab α et χυμόω.

Ἀχύνετος, ου, ὁ ϗ ἡ, longe lateque et in multas partes fusus, copiose fluens. Ex α intens. et χύνω, *fundo.*

Ἀχύρινος, η, ον, e paleis constans.

Ἀχυρμιὰ, ᾶς, ἡ, acervus palearum. Ab ἄχυρον.

Ἀχυροδόκη, ης, ἡ, locus ubi paleæ volitantes coguntur, palearium. Ex ἄχυρον et δέκομαι, pro δέχομαι, *recipio.*

Ἀχυροθήκη, ης, ἡ, idem.

ἌΧΥΡΟΝ, ου, τὸ, palea, acus, festuca; (2) folliculus tritici.

Ἀχυρότριψ, βος, ὁ ϗ ἡ, paleam terens. Ex ἄχυρον et τρίβω, *tero.*

Ἀχυροφαγέω, paleas comedo.

Ἀχυρόω, f. ώσω, paleis sterno et respergo; (2) paleis immisceo. Ab ἄχυρον.

Ἀχυρίδες, αἱ, paleolæ, *Ep.*

Ἀχυρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, acerosus. Ab eod.

Ἀχυρὼν, ῶνος, ὁ, acervus palearum; (2) receptaculum palearum; palearium, *Arist.* Ab eod.

Ἀχύρωσις, εως, ἡ, qu. dic. paleatio, constructio quæ fit paleis. Ab ἀχυρόω.

Ἀχὼ, *Echo, Dor.* pro ἠχώ.

Ἀχώνευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non conflatus, qui conflari nequit. Ex α priv. et χωνεύω, *conflo.*

ἈΧΩ'Ρ, ῶρος, ὁ, manans capitis ulcus, sordes capitis.

Ἀχώρητος,

Ἀχώρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui capi seu comprehendi non potest, immensus. Ex α priv. et χωρέω.

Ἀχώριστος, ου, ὁ ϗ ἡ, inseparabilis. Ex α priv. et χωρίζω, *separo*.

Ἀχωρίστως, *adv.* inseparabiliter, indivise.

Ἄχωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui sine loco est, extorris, cui igni et aqua interdictum est.

ἌΨ, *adv.* retro, retrorsum, in aversum; (2) rursus, iterum; (3) ἂψ δ' αὖθις, rursus autem.

Ἀψάλακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui tactus non est; (2) qui tangi nequit; (3) immotus, immobilis. Ἀπῆλθεν ἀψάλακτος, inultum tulit, *Aristoph. Lys.* 270. Ex α et ψαλάσσω.

Ἄψαλτος, ου, ὁ ϗ ἡ, fidium pulsu vel cantu carens; qui cani ad fides nequit. Ex α priv. et ψάλλω.

Ἀψάμαθος, ου, ὁ ϗ ἡ, arenis carens, non sabulosus.

Ἄψαμμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ἄψαο, *tetigisti*, 2. sing. a. 1. ind. med. *Ion.* et *Dor.* pro ἥψω, a verbo ἅπτω, *tango*.

Ἅψασθαι, *tetigisse*, a. 1. inf. med. v. ejusd.

Ἀψαυστέω, ῶ, f. ήσω, non tango, non attingo:

Ἀψαυστὶ, *adv.* citra tactum. Ab

Ἄψαυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, intactus, illibatus; (2) non tangendus; (3) qui non tetigit. (3) ἄψαυστος ἔγχους, *Soph. Œd. Tyr.* 969. Ex α priv. et ψαύω, *tango*.

Ἀψεγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, irreprehensus. Ex α priv. et ψέγω, *reprehendo*.

Ἀψεγῶς, *Ion.* ἀψεγέως, sine reprehensione.

Ἄψεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Ἀψεύδεια, ας, ἡ, veracitas, veritas.

Ἀψευδέω, ῶ, f. ήσω, verum dico, non mentior.

Ἀψευδέως, *adv.* vere, citra mendacium. Ab

Ἀψευδῶς, *Ion.*

Ἀψευδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mentiri nesciens, verax; (2) certus, de rebus.

Ἀψευστέω, ῶ, f. ήσω, non mentior, veritatem loquor.

Ἄψευστος, ου, ὁ ϗ ἡ, non mentiens, minime fallax. Ex α priv. et ψεύδω.

Ἀψεφὴς, ὲς, curis vacuus, *Hes.*

Ἄψηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non rasus; (2) non detersus; (3) durus, non emollitus. Ex α priv. et ψήχω, *rado*.

Ἀψηλάφητος, ου, ὁ ϗ ἡ, intactus; (2) non bene ponderatus et consideratus.

Ἀψήφιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui non tulit suffragium; (2) non computatus. Τὸ ἀψήφιστον, lex naturæ, quæ non hominum suffragiis nititur, sed constans et sempiterna est. Ὁ κατέχων τὸ ἀψήφιστον γνώμῃ, ἐπιτελεῖ πᾶσαν τὴν γραφὴν, *Theologus nescio quis apud Suidam.* Ex α priv. et ψηφίζω.

Ἄψηφος, ου, ὁ ϗ ἡ, suffragio carens.

Ἀψηφοφόρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nondum suffragium tulit. Ex ἄψηφος et φορέω, *fero*.

Ἀψιδοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in modum apsidis formatus seu structus. Ex ἀψὶς et εἶδος.

Ἀψικάρδιος, ον, vim habens animum movendi. Ex ἅπτω et καρδία.

Ἀψικορία, ας, ἡ, fastidium. Ab

Ἀψίκορος, ου, ὁ ϗ ἡ, fastidiosus. Ex ἅπτω et κόρος.

Ἄψιλος, ον, non nudus, vel glaber, *Hes.*

Ἀψιμαχέω, ῶ, f. ήσω, velitor, proludo pugnæ.

Ἀψιμαχία, ας, ἡ, velitaris pugna, velitatio; (2) quælibet rixa. Ab

Ἀψίμαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, pugnam leviter attingens; veles, qu. accendens pugnam; (ex ἅπτω, *accendo*, et μάχη· non ab ἅπτομαι, *tingo*, Ern.)

Ἀψιμισία, ας, ἡ, odium vel simultas non diuturna. Ex ἅπτομαι et μῖσος.

ἈΨΙ'ΝΘΙΟΝ, ου, τὸ, absinthium, herba amara. *Angl.* WORMWOOD. Hinc

Ἀψινθίτης, ου, ὁ, sc. οἶνος, absinthites, vinum absinthio conditum.

Ἄψινθος, ου, ὁ, absinthium.

Ἀψὶς, vel ἁψὶς, ῖδος, ἡ, connexio, vinculum; (2) testudo, fornix, arcus; (3) ligneus rotæ circulus. Dicuntur item ἀψῖδες circuli in stellis, teste *Plinio* libro secundo. Ab ἅπτω, *necto*.

Ἄψις, εως, ἡ, tactus; (2) contrectatio. Ab ἅπτομαι, *tango*.

Ἀψίχολος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui fel facile exardescit, qui cito irascitur, sed iram etiam facile deponit. Ex ἅπτω et χολή.

Ἄψογος, ον, in quo nil reprehendi potest.

Ἀψόγως, *adv.* sine reprehensione.

Ἄψορρον, *adv.* retro, retrorsum; (2) iterum.

Ἀψόρροος, *contr.* ἀψόῤῥους, ου, ὁ ϗ ἡ, retrograda seu reciproca fluenta habens, refluus. Ex ἂψ et ῥόος, *fluentum*.

Ἄψοῤῥος, ου, ὁ ϗ ἡ, retrogradus, retro vestigia referens. Ὅδ' ἐκ δόμων ἄψοῤῥος εἰς δέον περᾷ, *Soph. Antig.* 386. Ex iisd.

Ἄψος, εος, τὸ, junctura membrorum; (2) membrum. Ab ἅπτω, *connecto*.

Ἀψοφητὶ, *adv.* sine strepitu; *Antonin.* 1, 6: sed in sensu metaphorico. Ab

Ἀψόφητος, ου, ὁ ϗ ἡ, nullum edens sonum vel strepitum. Ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων, *Soph. Aj.* 321. Ex α priv. et ψοφέω.

Ἄψοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ἀψυδρακίωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non infestatus pustulis, quæ ψύδρακες dicuntur.

Ἄψυκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui refrigerari nequit; (2) qui refrigerationem non sentit. Ex α priv. et ψύχω, *refrigero*.

Ἀψυχαγώγητος, ου, ὁ ϗ ἡ, non jucundus.

Ἀψυχέω, ῶ, f. ήσω, p. ηκα, animæ expers sum; (2) animo linquor, exanimor:

Ἀψυχία, ας, ἡ, exanimatio; (2) animi deliquium; (3) timiditas, ignavia. Ab

Ἄψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, anima carens, inanimus; (2) timidus, ignavus; mortuus. Ἀψύχοισι ἐοικότες εἰδώλοισιν, *Apoll. Rhod.* 4, 1280. Τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς, *Marcellin. in Vita Thucydid.* Ψυχὰν ἄψυχον ἔχοντα, animam inanimem, *Aristoph. Ran.* 1334 (1370). Ex α priv. et ψυχή.

ἌΩ, f. ἀήσω, (et ἀέω, f. ἄσω, ἀέσω, ἀήσω,) flo, spiro; (2) dormio, quiesco. (2) νύκτα μὲν ἀέσαμεν pro ἤσαμεν, per noctem dormivimus, *Odyss.* 3, 151. Πολλεὶ νύκτας ἀεικελίῳ ἐνὶ κάτῃ ἄεσα pro ἤεσα, quievi, *Id.* 19, 341.

Ἀώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, inodorus, non olens. Ex α priv. et ὄζω, *oleo*.

Ἀῶθεν, *mane*, *Dor.* pro ἠῶθεν, *Theoc.* 15, 132.

Ἀωρέω, ῶ, f. ήσω, non custodio, negligo.

Ἀωρὶ, *adv* intempestive.

Ἀωρία, ἡ, intempestivitas, immaturitas.

Ἀωρόλειος, ον, cui cutis intempestive lævis et glabra fit, *Suid.*

Ἄωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, intempestivus, *act. et pass.* (2) indecorus; (3) difficilis custoditu; (4) non curans, negligens. Ex α priv. et ὥρα, *tempus*, sive οὖρος, *custos*, vel ὤρα, *cura*.

Ἀώριος, idem.

Ἀωρόνυκτος, ον, media nocte veniens, abiens, &c.

Ἀωρότοκος, ου, ὁ ϗ ἡ, immaturo seu intempestivo partu editus. Ex ἄωρος et τόκος.

Ἄωρτο, *Il.* 3, 272, *pependerat*, 3. sing. plusq. perf. ind. pass. *per Syncop. et Ion.* pro αἰώρητο, a verbo αἰωρέω, *sursum volo*.

Ἀὼς, *aurora*, *Dor.* pro ἠώς.

Ἀωτεύω, f. εύσω, flores decerpo; (2) carpo, ut somnum. Ab

Ἀωτέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ab

ἌΩΤΟΝ, ου, τὸ, flos; (2) præstantissimum cujusque rei; (3) *translate* lana. (3) ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, *Il.* 13, 599. Φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ, *Theocrit. Idyll.* 2, 2.

Ἄωτος, ου, ὁ, idem.

Ἄωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, aures non habens; (2) ansa carens. Ex α priv. et οὖς, ὠτός.

B.

B, Secunda litera Alphabeti, quæ βῆτα dicitur ab Hebræorum Beth; (2) nota numeralis significans *duo*, et cum lineola inferne posita, ͵β, *duo millia*.

Βᾶ, *incede*, 2. sing. a. 2. imperat. *Dor.* et *per Apoc.* pro βῆθι, a βαίνω, *eo*.

ΒΑΑ'ΡΑΣ, radix quædam.

Βαβάζω, f. άσω, vel άξω, idem quod βαμβαίνω, *Gl. V.* βαβάζειν, lallare. A βάζω.

ΒΑΒΑΙ', *interjectio admirantis*, papæ! (2) βαβαὶ, βαβαιὰξ, idem.

Βαβαιὰξ, ὁ, idem quod βάβαξ, *Aristoph.*

Βαβάκτης, ου, ὁ, loquax, garrulus, nugator; (2) insanus; (3) saltator. A βαβάζω.

Βαβάλιον, ου, τὸ, cunabula. A βάβαλον.

Βαβαλιστήρια, ων, τὰ, cunæ. A præc.

Βάβαλον, ου, τὸ, pudenda, seu βάμβαλον.

Βάβαξ, ακος, ὁ, garrulus, nugator, loquax; (2) vanus; (3) impudens. A βάζω. Unde βὰξ, et per reduplicationem βάβαξ.

Βαβάξαι, saltare, *Hes.*

Βαβραδὼν, όνος, item βαμβραδὼν, et βεβραδὼν, stridulus. Ex βαβράζω, *strideo*; proprie de cantu cicadarum, turdorum, &c. Ex βράζω, *Ern.*

Βάβρικες, vel βαβρῆκες, gingivæ, *Hes.*

Βάγμα, ατος, τὸ, sermo, oratio; (2) rumor, fama; (3) vaticinium. A βάζω.

Βαγώας, ὁ, eunuchus. Vox Persica.

Βάδαν, *pedetentim*, *Dor.* pro βάδην.

Βάδας, ὁ, cinædus, *Hes.*

Βαδδὶν, linea vestis, stola. Vox Hebræa.

Βάδδομαι, *V. L.* βάδομαι, *Hes.* deligo.

Βάδην, *adv.* pedetentim, gradatim, lento gradu. A βαίνω.

Βαδίζοντι, *Dor.* pro βαδίζουσι.

Βαδίζω, f. ίσω, p. ικά, vado, eo. Βαδίζειν ὁδὸν, ὁδῷ, πρὸς, ἐπὶ, εἰς οἰκίαν· εἰς τὸ πολίτευμα, se conferre; ἐπὶ τὸ βῆμα. Ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ βαδίζειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, *Luc.* Διὰ ταῦτα τὸν βάδον βαδίζομεν, *Aristoph. Av.* 42. Ab eod. seu a βάδος.

Βαδιζῶ, 1. sing. f. 1. ind. act. *Dor.* pro βαδίσω.

Βαδιοῦμαι, 1. sing. f. 1. ind. med. *Att.* pro βαδίσομαι.

Βάδισις, εως, ἡ, ambulatio, ingressus. A βαδίζω. Hinc

Βάδισμα, ατος, τὸ, gressus, incessus:

Βαδισμὸς, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

Βαδισματίας, ὁ, idem quod βαδιστικός.

Βαδιστέον, *adv. posit.* eundum est, *Aristoph. Ran.* 671. Ab eod.

Βαδιστὴς, οῦ, ὁ, tolutarius, cursor. Ab eod.

Βαδιστικὸς, ἡ, ὸν, qui ambulare potest, qui veloces pedes habet. Ab eod.

Βαδιστὸς, ἡ, ὸν, per quem incedi potest.

Βαδιῶ, *ibo*, futur. idem ac βαδιοῦμαι, et eadem dialecto formatum in activo.

Βάδος, ου, ὁ, iter; (2) gressus. Ab eod.

ΒΑ'ΖΩ, f. άσω, et άξω, loquor, dico.

Βαθέην, acc. sing. *Ion.* pro βαθεῖαν, a βαθύς.

Βαθεῖ, *profundo*, dat. sing. *contr.* pro βαθέϊ.

Βάθεσσιν, dat. plur. *Ion.* et *Poet.* pro βάθεσι, a βάθος, εος.

Βαθέως, *adv.* profunde, alte; (2) graviter.

Βαθμηδὸν, *adv.* gradatim. A βαθμός.

Βαθμὶς, ίδος, ἡ, gradus; (2) basis. Ab eod.

Βαθμὸς, οῦ, ὁ, gradus; (2) limen; (3) gradus dignitatis; (4) statio pœnitentium. A βαίνω, *scando*.

ΒΑ'ΘΟΣ, εος, τὸ, profunditas; (2) locus penitior, locus intimus; (3) acies militaris; (4) magnitudo quælibet; (5) solertia, prudentia singularis, patientia; (6) εἰς βάθος, penitus, introrsum, alte; *item* omnino.

Βαθράδιον, ου, τὸ. Dim. ex

Βάθρα, ας, ἡ, scala domus vel navis. A βαίνω.

Βαθρεία, ἡ, idem quod βάθρον, *Æsch.*

Βάθρον, ου, τὸ, scala; (2) fundamentum, basis; (3) scamnum, subsellium. Ab eod.

Βαθυαγκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, altas valles habens. Ex βαθὺς et ἄγκος.

Βαθυαὴς, ὲς, longe vel graviter spirans, *Nic.*

Βαθύβουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, profundi consilii, prudentissimus. Ex βουλὴ, *consilium*.

Βαθύγειος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus solum profundum est; fertilis, pinguis. Ex γῆ.

Βαθυγένειος, ου, ὁ ϗ ἡ, prolixam barbam habens, egregie barbatus. Ex γένειον.

Βαθύγεως, ω, ὁ ϗ ἡ, idem quod βαθύγειος.

Βαθυγήρως, ω, ὁ ϗ ἡ, provectam senectutem agens; decrepitus senex. Ex γῆρας.

Βαθύγλωσσος, ου, ὁ ϗ ἡ, eloquens. Ex γλῶσσα.

Βαθύγνοφος, ον, profundam caliginem habens, *Naz.*

Βαθυγνώμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, homo abstrusi ingenii et consilii; taciturnus. Ex *γνώμη.*

Βαθυδίνης, ου, ὁ ϗ ἡ, *βαθυδινήεις*, profundos vortices habens; altus, de flumine. Ex *δίνη.*

Βαθύδοξος, ου, ὁ ϗ ἡ, gloriosissimus, celeberrimus. Ex *βαθὺς* et *δόξα, gloria.*

Βαθύζωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, late cinctus, latum et pulchrum cingulum gerens, *Hom.* Ex *ζώνη* (et ex eo, summi ordinis et clarissimi generis fœmina, *Ern.*)

Βαθυζώνως, acc. pl. *Dor.* pro *βαθυζώνους.*

Βαθύθριξ, τριχος, ὁ ϗ ἡ, bene lanatus, comatus.

Βαθυκαμπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, valde curvus. Ex *καμπή.*

Βαθυκήτης, εος, ὁ ϗ ἡ, piscosus; (2) profundus, altus; (3) in profundis recessibus cetos habens. Ex *βαθὺς* et *κῆτος.*

Βαθυκλεὴς, ὲς, illustris. Ex *κλέος.*

Βαθύκληρος, ου, ὁ ϗ ἡ, opulentus.

Βαθύκολπος, ου, ὁ ϗ ἡ, profundum sinum habens; (2) magnos sinus habens, de veste.

Βαθυκόμης, ου, ὁ, bene comatus. A *κόμη.*

Βαθύκρημνος, ου, ὁ ϗ ἡ, profunda præcipitia habens.

Βαθυκρηπὶς, ίδος, ὁ ϗ ἡ, profundum fundamentum habens.

Βαθυκτέανος, ου, ὁ ϗ ἡ, prædives.

Βαθυκύμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, habens undas profundas. Ex *κῦμα.*

Βαθύλειμος, ου, ὁ ϗ ἡ, læta pascua habens:

Βαθυλείμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem:

Βαθυλήϊος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferax, fertilis. Ex *βαθὺς* et *λήϊον.*

Βαθύμαλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, villosus.

Βαθυμήτης, ου, ὁ, prudentissimus. Ex *μῆτις.*

Βαθύνους, ουν, idem quod *βαθύφρων*, epith. Nestoris, *Ep.*

Βάθυνσις, εως, ἡ, excavatio. A

Βαθύνω, f. υνῶ, p. υγκα, excavo, profundum facio. A *βαθύς.*

Βαθύξυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, opacus, densus arboribus. Ex *ξύλον.*

Βαθυπέδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, seu *βαθυπέδιος, ία, ιον*, latum campum seu planitiem habens.

Βαθύπελμος, altisoleatus, de calceo. *Βαθύπελμος εὔμαρις*, calceus altisoleatus, *Anthol.* 3, 339, sic legendum.

Βαθύπεπλος, ον, promissum peplum habens, *Call.*

Βαθύπικρος, ου, ὁ ϗ ἡ, valde amarus.

Βαθυπλεκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, valde nexus, perplexus. Ex *βαθὺς* et *πλέκω, necto.*

Βαθυπλόκαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, comam densis cincinnis nexam habens.

Βαθυπλούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, prædives.

Βαθύπλουτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Βαθύπνοος, ον, longe seu valde spirans, *Nic.*

Βαθυπόλεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui magnum et grave bellum movet.

Βαθύπρωρος, ἡ, navis alta prora.

Βαθυπώγων, ὁ, valde barbatus.

Βαθυῤῥείταω, gen. sing. *Æol.* pro *βαθυῤῥείτου*, a

Βαθυῤῥείτης, ου, ὁ ϗ ἡ, profunde fluens, profundum alveum habens. Ex *βαθὺς* et *ῥέω.*

Βαθυῤῥιζία, ας, ἡ, radicis profunditas:

Βαθύῤῥιζος, ου, ὁ ϗ ἡ, altas radices habens.

Βαθύῤῥοος, *contr.* *βαθύῤῥους*, ου, ὁ ϗ ἡ, profunde fluens. Ex *βαθὺς* et *ῥέω, fluo.*

Βαθύῤῥωχμος, ον, profundam scissuram habens, *Call.*

Βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus; (2) longus et extremus; (3) crassus; (4) plenus; (5) *in compositione*, profundus, magnus, gravis. *Comp.* *βαθύτερος, βαθίων*, et *βάσσων. Superl.* *βαθύτατος*, et *βάθιστος.* Ἐς *βαθὺ τῆς ἡλικίας*, in extrema senectute, *Aristoph.* A *βάθος.*

Βαθυσκαφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, alte effossus. Ex *βαθὺς* et *σκάπτω.*

Βαθύσκιος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbrosus. Ex *σκία.*

Βαθυσκόπελος, ον, altas rupes habens.

Βάθυσμα, τὸ, profunditas, altitudo. A *βαθύς.*

Βαθύσπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui profunde seritur; (2) in quo profundæ sationes fieri possunt.

Βαθύστερνος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui altum est pectus; (2) profundos habens recessus. Ex *στέρνον.*

Βαθυστήριγξ, γος, ὁ ϗ ἡ, fulcimentum profundum habens, alte defixus. A *στηρίζω.*

Βαθύστομος, ον, altas fauces habens. A *στόμα.*

Βαθύστρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, alte stratus, molliter stratus. Ex *στρώννυμι, sterno.*

Βαθύσχοινος, ου, ὁ ϗ ἡ, densos juncos ferens, juncis obsitus, juncosus.

Βαθυτέρμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, profundus, ingens, ad profundum depressus, epith. navis. *Φαίνης κεν κατὰ γαῖαν ἴμεν βαθυτέρμονα νῆα*, *Oppian. Cyneget.* 2, 87.

Βαθύτης, ητος, ἡ, profunditas. A *βαθύς.*

Βαθύτριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, villosus, multos et prolixos capillos habens. A *θρίξ.*

Βαθύυδρος, ον, altus, de puteo. Ab *ὕδωρ.*

Βαθύϋπνος, alto mersus somno, *Nic. Ther.* 394.

Βαθύφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, profunda mente præditus, callidus, prudens. Ex *φρήν.*

Βαθύφυλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, densa folia habens, frondosus. Ex *φύλλον.*

Βαθύφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, profundus labio, ex quo non exit vox distincta. Ex *φωνή.*

Βαθυχαῖος, ον, valde nobilis. *Ἅγιος ἐγὼ βαθυχαῖος*, *Æschyl. Supplic.* 865. Ex *χαός.*

Βαθυχαιτήεις, έσσα, εν, idem quod *βαθυχαίτης*, *M. Mus.*

Βαθυχαίτης, ου, ὁ, qui densam habet cæsariem. Ex *χαίτη, coma.*

Βαθύχειλος, ου, ὁ ϗ ἡ, profunda habens labia.

Βαθυχεύμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, profundæ effusionis, *Procl.*

Βαθύχθων, ονος, ὁ ϗ ἡ, fertilis, pinguis.

Βαθυχρήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, opulentissimus, *Man.*

Βαθύχροος, *contr.* *βαθύχρους*, ου, ὁ ϗ ἡ, profunde coloratus, qui denso et saturo est colore. Ex *βαθὺς* et *χρόα, color.*

Βαῖεν, *iverint*, 3. plur. aor. 2. opt. act. *per Syncop.* pro *βαίησαν*, a verbo *βαίνω, eo.*

Βαϊνὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, palmeus. A *βάϊον.*

ΒΑΙ'ΝΩ, f. *βήσω*, vel *βήσομαι*, p. *βέβηκα*, gradior, incedo, eo; (2) abeo; (3) coeo, ineo, de animalibus; (4) *in perf. etiam* situs et fixus sum, fundatus sum. *Βαίνειν ἐπὶ σμικροῦ*, basin exiguam habere; *ἐν ῥυθμῷ, πρὸς ῥυθμόν· μεγάλα, ἴσα, ἅβρα*, superbe, æquis passibus, molliter; *εὖ*, bene succedere; *ἄνδρας ἐπὶ τὰς καμήλους ἔβησεν*, imposuit; *βεβηυῖα ἐν δαπέδῳ*, fundata. *Ὃν δὴ πάλαι ἂν ἐξ ὅτου δέδοικ' ἐγὼ μή μοι βεβήκοι*, mortuus sit, *Soph. Phil.* 494.

Βαΐον, ου, τὸ, Dim. a *βάϊς.*

Βαιὸν, *adv.* paullisper, parum. A

ΒΑΙΟ'Σ, ὰ, ὸν, parvus, modicus, paucus, unus.

Βαϊοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, palmifer. Ex *βαΐον.*

ΒΑ'Ϊ'Σ, ἡ, ramus palmæ.

ΒΑΙ'ΤΑ, ης, ἡ, læna consuta ex corio seu pellibus, *Dor.*

Βαϊφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod *βαϊοφόρος.*

ΒΑΙΩ'Ν, όνος, ὁ, piscis gobio adsimilis, alias *βλέννος* dictus.

ΒΑΚΑΝΟ'Ν, οῦ, τὸ, raphani sive brassicæ semen.

ΒΑ'ΚΗΛΟΣ, ου, ὁ, homo magnæ staturæ, sed excors et effeminatus; (2) eunuchus, spado; (3) mollis.

Βακίζειν, de Bacide loqui seu Bacidem crepare, *Aristoph.*

Βακκάριον, ου, τὸ, unguentum ex baccari. A

ΒΑ'ΚΚΑΡΙΣ, εως, ἡ, baccar, seu baccaris, herba odorata.

Βακτηρεύω, f. εύσω, baculo nitor. A

ΒΑΚΤΗΡΙ'Α, ας, ἡ, baculus, scipio.

Βακτήριον, ου, τὸ, idem.

Βακτηρίδιον, ου, τὸ, bacillum.

Βάκτρευμα, ατος, τὸ, nixus in baculum; (2) baculus ipse, quo nitimur. *Τί με βακτρεύμασι τυφλοῦ ποδὸς ἐξάγαγες εἰς φῶς*; *Eurip. Phœn.* 1534. A

Βακτρεύω, fut. εύσω, idem quod *βακτηρεύω.*

Βάκτρον, ου, τὸ, idem quod *βακτήριον.*

Βακτροπροσαίτης, epith. Cynici, baculum gestantis et mendicantis.

Βακχίβακχος, sic vocabatur Dionysius in sacrificiis.

Βακχεία, ας, ἡ, bacchatio. A *Βάκχος.*

Βακχεῖον, ου, τὸ, templum Bacchi. Ab eod.

Βακχεῖος, εία, εῖον, furore Bacchico adflatus; (2) Bacchicus, ad Bacchum pertinens; sed *subst.* ὁ, Bacchicus, pes poeticus syllaba brevi et duabus longis constans. *Εἴς τι βακχεῖον πεσὼν*, et cum se inebriasset, *Eurip. Phœn.* 21.

Βακχειώτας, ου, ὁ, *Dor.* pro *Βακχειώτης.*

Βακχειώτης, ου, ὁ, bacchans, bacchator. *Ἵν' ὁ βακχειώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει*, ubi bacchans semper Dionysus inambulat, *Soph. Œd. Col.* 678.

Βακχεύματα, ων, τὰ, Bacchanalia:

Βάκχευς, ὁ, Bacchus, *Orph.*

Βακχεύσιμον, τὸ, bacchatio. *Τὸ γὰρ βακχεύσιμον μαντικὴν πολλὴν ἔχει*, *Eurip. Bacch.* 298.

Βάκχευσις, εως, ἡ, Bacchatio. *Πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδὼν*, *Eurip. Bacch.* 357.

Βακχευτὴς, οῦ, ὁ, bacchicus. A *βακχεύω.*

Βακχευτικὸς, ὴ, ὸν, bacchativus, ad bacchationem pertinens. Ab eod.

Βακχεύτωρ, ορος, ὁ, bacchator, Ab eod.

Βακχεύω, f. εύσω, bacchor, Orgia celebro; (2) exagito: *βακχεύομαι*, furiosus sum. (2) *αὗταί σε βακχεύουσι συγγενεῖ φόνῳ*, *Eur. Or.* 411. *Βεβάκχευται μανίαις*, furoribus exagitatur, *Id. ibid.* 833.

Βάκχη, ης, ἡ, furore percita; (2) sacerdos Bacchi.

Βακχία, ας, ἡ, debacchatio, insania.

Βακχιάδαι, οἱ, Bacchiadæ, Milesii, item Corinthii, sic dicti a Baccho, *Ap.*

Βακχιάζω, Bacchor.

Βακχικὸς, ὴ, ὸν, Bacchicus:

Βακχιακὸς, ὴ, ὸν, et *Βάκχιος*, α, ον, idem. A

ΒΑ'ΚΧΟΣ, ου, ὁ, furore percitus; (2) Bacchus, Deus vini; (3) Orgia celebrans; (4) coronæ quoddam genus.

Βακχώδης, rerum Bacchicarum peritus. *Καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρης Σπαρτέμβαν, τῶν ἑταίρων ἕνα, τὸν Βακχωδέστατον*, *Arr. Ind.* 8.

Βάκχων, ονος, ὁ, Bacchulus. Dim. a *Βάκχος.*

Βαλανάγρα, ας, ἡ, clavis, qua immissa in *βάλανον* ipse extrahitur, *Ern.*

ΒΑΛΑΝΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, balineum, balneum.

Βαλανεὺς, έως, ὁ, balneator. A præc.

Βαλανεύτρια, ας, ἡ, balneatrix.

Βαλανεύω, f. εύσω, aquam in balneo administro; (2) servio, ministro. *Ἀλλ' εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ 'μαυτῷ βαλανεύσω*, *Aristoph. Pace*, 1112.

Βαλανηρὰ, ῶν, τὰ, quæ glandium genere comprehenduntur. A *βάλανος.*

Βαλανηφαγέω, glandibus vescor.

Βαλανηφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui glandes edit, qui glandibus vescitur. Ex *βάλανος* et *φαγεῖν.*

Βαλανηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui glandes fert, glandifer. Ex eod. et *φέρω.*

Βαλανίζω, f. ίσω, glandes excutio; (2) glandem sedi subjicio. A *βάλανος.*

Βαλάνινος, ίνη, ινον, qui e glande fit.

Βαλανὶς, ίδος, ἡ, balneatrix.

Βαλανίτης, ου, ὁ, glandem referens.

Βαλανοδόκη, ης, ἡ, foramen vectis (*μοχλοῦ*) cui immittitur *βάλανος.* A *δέχομαι.*

ΒΑ'ΛΑΝΟΣ, ου, ἡ, glans, fructus quercus; (2) fructus similis quivis; (3) arbor glandifera; (4) animalculum quoddam aquatile; (5) medicamentum in glandis forma, quod ano immittitur ad dejiciendam alvum; (6) extrema pars penis; (7) obex, pessulus. Hinc

Βαλανόω, ῶ, f. ώσω, obice objecto, obsero. *Νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν*, *Aristoph. Conc.* 361.

Βαλαντίδιον, ου, τὸ, crumenula. Dim. a

ΒΑΛΑ'ΝΤΙΟΝ, ου, τὸ, crumena, marsupium.

Βαλαντιοτομέω, crumenas seco. A

Βαλαντιοτόμος, ου, ὁ, sector crumenarum, zonarum; saccularius, manticularius. Ex *βαλάντιον* et *τέμνω.*

Βαλανώδης, ες, glandibus plenus; *τὰ βαλανώδη*, glandes, *V. L.*

ΒΑΛΑΥ'ΣΤΙΟΝ, ου, τὸ, flos mali silvestris Punici.

Βαλὴν, vel βαλλὴν, O rex. Unde

Βαληναῖος, vel βαλληναῖος, regius.

ΒΑΛΒΙ'Σ, ῖδος, ἡ, repagulum, locus unde ii qui cursu certant emittuntur.

Βάλε, 2. sing. a. 2. imperat. act. verbi βάλλω.

Βάλε, et βάλεν, *demisit*, 3. sing. a. 2. indic. act. *Ion.* pro ἔβαλε.

Βαλέειν, a. 2. inf. act. *Ion.* et *Poet.* pro βαλεῖν.

Βαλεόντι, dat. sing. f. 2. part. *Ion.* pro βαλοῦντι.

Βαλέω, 1. sing. a. 2. conj. *Ion.* pro βαλῶ.

Βαλῇς, *jeceris*, 2. sing. a. 2. conjunct. act.

Βαλήσω, *jaciam*, fut. 1. indic. act.

Βαλιὸς, ὰ, ὸν, et βαλίος, ία, ίον, varius, maculosus; (2) velox, rapidus. A βάλλω.

Βάλλεαι, 2. sing. præs. conj. pass. *Ion.* pro βάλλῃ.

Βάλλεο, præs. imperat. med. *Ion.* pro βάλλου.

Βαλλέσκετο, *jaciebat*, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* et *Poet.* pro ἐβάλλετο.

Βάλλετο, 3. sing. imperf. ind. pass. *Ion.* pro ἐβάλλετο.

Βάλλευ, præs. imperat. med. *Dor.* pro βάλλου.

Βαλλέω, inus. pro βάλλω· unde βαλλησεῖν, et ἐβάλλησα, *Ar.*

Βάλλησα, *jeci*, 1. sing. a. 1. ind. *Ion.* et *Poet.* pro ἐβάλλησα, a verbo inus. βαλλέω.

Βαλλητὺς, ἡ, jactus; ut λιθίνη βαλλητὺς, *Ath.*

Βαλλίζω, f. ίσω, tripudio, jacto crura.

Βαλλισμὸς, οῦ, ὁ, tripudium. A præc.

ΒΑ'ΛΛΩ, f. βλήσω, p. βέβληκα, jacio, jaculor; (2) ferio, figo, saucio; (3) attingo; (4) projicio; (5) emitto, profundo; (6) pono, immitto; (7) trado, committo; (8) condo, ædifico; (9) verro, flecto. Βάλλειν πέτροις, petere; λόγοις, lacessere; σκοπὸν, seu ἐπὶ σκοπὸν, attingere; δάκρυα, effundere; ἐν θυμῷ seu ἐν φρεσὶ, cogitare; βάλλεσθ' εἰς νοῦν, animum advertere; ἐφ' ἑαυτοῦ, apud se cogitare; τὶ ἐς θυμόν.

ΒΑΛΛΩΤΗ', ῆς, ἡ, marrubium nigrum. *Angl.* STINKING HOREHOUND.

Βάλοι, 3. sing. a. 2. optat. act. v. βάλλω.

Βαλοῖσαι, nom. pl. a. 2. act. f. g. *Dor.* pro βαλοῦσαι, a verbo βάλλω.

Βαλσαμίνη, ης, ἡ, balsamine, herba quædam. A

ΒΑ'ΛΣΑΜΟΝ, ου, τὸ, balsamum. Hinc

Βαλσαμώδης, εος, ἡ, cassia quædam, odore similis balsamo.

Βάλλωμεν, 1. plur. a. 2. conj. act. a βάλλω.

Βαλῶ, *jaciam*, f. 2. ind. act. verbi βάλλω.

Βᾶμα, *incessus, gressus*, *Dor.* pro βῆμα.

Βάμβα, *tinctura*, *Dor.* pro βάμμα.

ΒΑΜΒΑΙ'ΝΩ, βαμβάλω, et βαμβαλίζω, tremo (labiis), strideo, ut folia vento agitata; (2) balbutio, confusum quemdam sonum edo; (3) dentibus præ metu crepito, *Hom.*

Βαμβαλίζω, tremo labiis, strideo.

Βαμβάλω, idem.

Βᾶμεν, 1. pl. a. 2. conj. act. *Dor.* pro βῶμεν, a verbo βαίνω, *eo.*

Βάμμα, ατος, τὸ, tinctura. A βάπτω, *tingo.*

Βαμμάτιον, τὸ, Dim. a βάμμα, *Ath.*

Βᾶν, *iverunt*, 3. pl. a. 2. ind. act. *Ion.* et *per Syncop.* pro ἔβησαν, a βαίνω.

Βαναυσία, ας, ἡ, ars quæ ad caminum exercetur; (2) opus quod ad ignem conficitur; (3) opificium, ars illiberalis; (4) inepta et prodiga magnificentia.

Βαναυσικὸς, ἡ, ὸν, ad artifices mechanicos pertinens; (2) illiberalis. Vide *Ern.* A

ΒΑ'ΝΑΥΣΟΣ, ου, ὁ ϰ ἡ, artifex mechanicus et illiberalis, proprieque, qui opus suum ad ignem conficit, qui manibus sibi victum quærit, sellularius, sedentarius; (2) inepte magnificus; (3) trivialis, vilis; (4) negligens. (3) ὁ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην, *Soph. Aj.* 1121.

Βαναυσοτεχνέω, opificium exerceo.

Βαναυσουργέω, idem. A

Βαναυσουργὸς, οῦ, ὁ, qui manu opera conficit, quæ sunt artis sedentariæ et sellulariæ. Ex βάναυσος et ἔργον, *opus.*

Βαναύσως, *adv.* more βαναύσων.

Βάντες, nom. pl. a. 2. part. act. verbi βαίνω.

Βάξις, εως, ἡ, fama, sermo; (2) oraculum. Θεῶν κατὰ βάξιν, *Apoll. Rhod.* 1, 8. A βάζω.

Βαπτίζω, f. ίσω, mergo, immergo, aqua obruo; (2) abluo, lavo; (*quibuscunque in rebus tropice mergere dicitur Latinis, inde et pro opprimere, urgere, v. gr. tributis, ære alieno; ebriare, Ern.*) (3) baptizo, *significatu sacro.* Βαπτίζειν εἰς τὴν λίμνην, *Heliod.* 5. Ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται, *Plut. de Educat.* Τῇ σύμφορᾳ βεβαπτισμένος, *Heliod.* 2. Τῆς νεὼς κινδυνευούσης βαπτίζεσθαι, *Æsop.* A βάπτω.

Βαπτισθῆναι, *baptizari*, aor. 1. inf. pass.

Βαπτισθήσεσθε, 2. pl. f. 1. ind. pass.

Βάπτισις, εως, ἡ, lavacrum. A βαπτίζω.

Βάπτισμα, ατος, τὸ, immersio, intinctio; (2) baptismus:

Βαπτισμὸς, οῦ, ὁ, idem:

Βαπτιστήριον, ου, τὸ, lavacrum; (2) baptisterium, locus ubi baptismus peragitur:

Βαπτιστὴς, οῦ, ὁ, qui immergit, qui abluit; (2) baptizator, baptista. Ab eod.

Βαπτὸς, ἡ, ὸν, tinctus, infectus colore aliquo; (2) hauriendus; (3) gemma quædam. (2) βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν, *Eurip. Hippol.* 123.

Βάπτρια, ας, ἡ, tinctrix:

ΒΑ'ΠΤΩ, f. ψω, mergo, immergo; (2) tingo, intingo; (3) lavo; (4) haurio, impleo hauriendo; (5) pereo, de navi, *in pass.* (1) ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ; *Soph. Aj.* 95. (4) σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε, *Callim. Hymn. in Lav. Pall.* 45. Βάψας ἀρύταιναν, *Theophr. Char.* 9. Βάπτειν τὶ ἐς ὕδατα· ἔγχος πρὸς Ἀργείων στρατῷ, *Soph. Aj.* 95.

ΒΑ'ΡΑΘΡΟΝ, ου, τὸ, fovea in terra excavata; (2) hiatus terræ profundior; (3) locus apud Athenienses in quem malefici præcipitabantur; (4) pernicies. Hinc

Βαραθρόω, ῶ, f. ώσω, in barathrum præcipito.

Βαραθρώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, barathro similis; (2) profundæ altitudinis voraginosus.

Βαρβαρίζω, f. ίσω, barbaris faveo; (2) barbaros imitor; (3) barbarice loquor:

Βαρβαρικὸς, ἡ, ὸν, barbaricus, ad barbarorum mores accedens. A βάρβαρος.

Βαρβαρικῶς, *adv.* barbare, barbarorum more.

Βαρβαρισμὸς, mores et idioma barbarorum, adfectatio utendi moribus et lingua barbarorum. Τῷ βαρβαρισμῷ αὐτοῦ ἔχαιρεν Ἀλέξανδρος, *Arr. Hist. Alex.* 7, 6. A βαρβαρίζω.

Βαρβαριστὶ, *adv.* barbaros imitando, barbarice. Ab eod.

Βαρβαρόγλωσσος, ου, ὁ ϰ ἡ, barbare loquens.

Βαρβαρογνώμων, ονος, ὁ ϰ ἡ, idem quod βαρβαρόθυμος, *Sibyl.*

Βαρβαρόκτονος, ου, ὁ ϰ ἡ, a barbaris interfectus.

ΒΑ'ΡΒΑΡΟΣ, ου, ὁ ϰ ἡ, barbarus, pronunciatione insuavi et peregrina utens; omninoque peregrinus, cujus orationem non intelligimus; (2) ineruditus, imperitus; (3) agrestis; (4) non Græcus.

Βαρβαροστομία, ας, ἡ, vitium, cum quis linguam barbare pronunciat. A

Βαρβαρόστομος, ου, ὁ ϰ ἡ, qui barbare verba linguæ alicujus effert. Ex στόμα.

Βαρβαρότης, ητος, ἡ, barbaries.

Βαρβαροφωνέω, ῶ, f. ήσω, barbare loquor; (2) barbaro sermone utor. A

Βαρβαρόφωνος, ου, ὁ ϰ ἡ, barbaram vocem habens. Ex βάρβαρος et φωνὴ, *vox.*

Βαρβαρόω, ῶ, f. ώσω, barbarum reddo, effero agrestem, ferum facio; (2) barbarorum potestati subjicio. A βάρβαρος.

Βαρβάρως, *adv.* barbare.

ΒΑ'ΡΒΙΛΟΣ, ου, ὁ, barbilus. Nomen arboris.

Βαρβιτίζω, f. ίσω, barbitum pulso, barbito cano. A

ΒΑ'ΡΒΙΤΟΝ, ου, τὸ, barbitum, instrumentum musicum multis chordis intentum.

Βάρβιτος, ου, ὁ ϰ ἡ, idem.

Βαρβιτῳδὸς, οῦ, ὁ, qui barbito canit.

Βάρδιστος, *tardissimus*, pro βράδιστος, *Hom.*

Βαρείσθω, *gravetur*, 3. sing. præs. imperat. pass. *contr.* pro βαρείεσθω, a

Βαρέω, ῶ, f. ήσω, gravo, degravo, deprimo pondere. A βαρύς.

Βαρέως, *adv.* graviter, moleste, valde. Ab eod.

Βαρηκοέω, difficulter audio. Ab ἀκούω, (sed βαρυηκοέω melior est lectio, *Ern.*)

Βάρημα, ατος, τὸ, gravitas, pondus. A βαρέω.

Βαρία, ας, ἡ, et *Ion.* βαρίη, gravitas. Ὑπὸ βαρίης τοῦ ἥπατος, *Aret.* A βάρος, *pondus*

ΒΑ'ΡΙΣ, ιος vel ιδος, ἡ, *proprie* quodvis ædificium, οἰκοδόμημα, respondetque Lat. *mœnia.* Deinde de variis speciebus dicitur, ut navi Ægyptiis peculiari; (2) turri; (3) domo turrita et regia; (4) muro; (5) porticu; (6) sphæra. (1) Καὶ ἕλκει τὴν βάριν, et trahit navigium, *Herodot.* 2, 96. Βαρβάρους βάριδας, *Eurip. Iph. in Aul.* 297. male Barnesius. Αἰγυπτίαν δὲ βάριν οὐχ ὑπερθορῇ, *Æsch. Suppl.* 880. Βαρίδεσσι πόντιαις, *Id. Pers.* 553.

ΒΑ'ΡΟΣ, εος, τὸ, pondus, onus; (2) molestia; (3) auctoritas, gravitas; (4) opes, potentia. Ἐπὶ βάρος ἄπλετον, ad mali pondus intolerandum, *Soph. Trach.* 982.

Βαρυαὴς, gravem sonum edens, altus, profundus (de somno). Ἐξ ὕπνου βαρυάεος ἔγρετο δειλὸς, ex alto sopore expergiscitur miser, *Oppian. Cyneget.* 3, 421.

Βαρυαλγὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, gravi dolore percitus, graviter dolens; item gravem dolorem inferens. Epith. Furiarum. Ex βαρὺς et ἄλγος.

Βαρυάλγητος, ου, ὁ ϰ ἡ, idem; (2) qui gravem dolorem adfert. Βαρυάλγητα, quæ dolorem adferunt, acerba, *Soph. Aj.* 200. Vide καγχάζω.

Βαρύαρος, ον, firmiter compactus, *Hes.* Ex βαρὺς et ἄρω.

Βαρυβάμων, ονος, ὁ ϰ ἡ, graviter means, *Man.* A βαίνω.

Βαρυβόας, gravi clamore boans. Ex βοάω.

Βαρυβρεμέτης, ου, ὁ, graviter fremens, tonans; *Fœm.* βαρυβρεμέτειρα.

Βαρύβρομος, ου, ὁ ϰ ἡ, graviter fremens vel strepens. Ex βρέμω, *fremo.*

Βαρυβρὼς, ῶτος, ὁ ϰ ἡ, valde mordens, acerbus. Βαρυβρὼς νόσος, morbus edax. (Vide νόσος (2.) *Soph. Philoct.* 693.

Βαρύγδουπος, ου, ὁ ϰ ἡ, graviter sonans.

Βαρύγλωσσος, vel βαρύγλωττος, ου, ὁ ϰ ἡ, cujus lingua gravis est; (2) maledicus.

Βαρυγύνατος, genibus gravatus, præ lassitudine vel alia causa, *Theocr.* 18, 10.

Βαρύγυνος, idem quod βαρυγύνατος. Ἀσωπὸς βαρύγυνος, Asopus tardigradus, *Callim. H. in Del.* 78.

Βαρύγυιος, ον, gravans, conficiens membra; item membra gravatus, tardus. A γυῖον.

Βαρυδαιμονέω, ῶ, f. ήσω, gravi fortuna premor, miser sum:

Βαρυδαιμονία, ας, ἡ, gravis fortuna. A

Βαρυδαίμων, ονος, ὁ ϰ ἡ, infelix, miser.

Βαρύδακρυς, υος, ὁ ϰ ἡ, graviter lacrymans.

Βαρυδάκρυος, ου, ὁ ϰ ἡ, idem et ex iisd.

Βαρύδεσμος, ου, ὁ ϰ ἡ, gravi vinculo ligatus.

Βαρύδικος, ον, graviter ulciscens. A δίκη.

Βαρυδότειρα, ας, ἡ, graviter adfligens, vexans.

Βαρύδουπος, ου, ὁ ϰ ἡ, idem quod βαρύγδουπος.

Βαρυεγκέφαλος, ου, ὁ, gravedo.

Βαρυεργὴς, ὁ, qui non leviter rem tractat, qui serio et studiose rei incumbit, qui anxie et sollicite rem curat. Καὶ πάνυ Ῥωμαίων ὄντων ἐς τὰ τοιαῦτα βαρυεργῶν, Romanis anxie et sollicite istas res curare solitis, *App. Bell. Civ.* 1, 83.

Βαρύζηλος, ου, ὁ ϰ ἡ, æmulus, invidus; (2) invidiosus; (3) infestus.

Βαρυηκοΐα, ἡ, hebetudo aurium. A

Βαρυήκοος, ου, ὁ ϰ ἡ, cui hebetes sunt aures. Βαρυήκοοι νόσοι, *Hippocr.* Ex ἀκοή.

Βαρυηχὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, gravisonus. Ex ἦχος.

Βαρυθυμέω, ῶ, f. ήσω, irascor, graviter animo commoveor; (2) animum despondeo, tristis, mœstus sum:

Βαρυθυμία, ας, ἡ, ira; (2) abjectio animi. A

Βαρύθυμος, ου, ὁ ϰ ἡ, difficilis, animo ferox; (2) abjectus animo.

Βαρυθύμως, *adv.* irate, ægre.

Βαρύθω, f. ύσω, gravor, premor. Βαρύθει δὲ δ' ὑπ' αὐτῆς, *Hesiod. Op.* 213. A βαρύς.
Βαρυκάρδιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, excors. Ex καρδία.
Βαρυκέφαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, grave caput habens.
Βαρύκομπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravem strepitum edens.
Βαρύκοτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invisus; (2) gravem simultatem gerens.
Βαρυκτυπής, ὲς, idem quod βαρύκτυπος, *Sibyl.*
Βαρύκτυπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, graviter strepens.
Βαρυλαίλαψ, valde sonans, fremens.
Βαρύλλιον, ȣ, τὸ, ponderculum, Dim. a βάρος.
Βαρυλόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, maledicus.
Βαρύλυπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, graviter dolens; (2) gravem dolorem adferens. Ex λύπη.
Βαρύμαστος, ον, mammosus.
Βαρυμάνιος, *Dor.* pro
Βαρυμήνιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, iracundus, valde iratus. A
Βαρύμηνις, ιος, ὁ ϗ ἡ, idem.
Βαρυμηνιάω, valde irascor, gravem simultatem gero.
Βαρύμιτον, ȣ, τὸ, idem quod βάρβιτον.
Βαρύμοχθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, laboriosus.
Βάρυνθεν, 3. pl. a. 1. ind. pass. *Ion.* et *Bœot.* pro ἐβαρύνθησαν, a βαρύνω.
Βαρύνοσος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravi morbo laborans; (2) graves morbos adferens.
Βαρυντικὸς, ἡ, ὸν, gravandi vim habens. A
Βαρύνω, f. υνῶ, gravo, premo; (2) molestia adficio. Βαρύνειν τὰς δικαστὰς τινὶ τινι βαρύνεσθαι καμάτως, χόλῳ, γήρᾳ ὑπό τινος. A βαρύς.
Βαρύνωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravi testa, seu tergore onustus.
Βαρυοδμία, ας, ἡ, graveolentia. A
Βαρύοδμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, graviter olens. Ab ὀδμή.
Βαρυόπας, *gravisonus*, *Dor.* pro βαρυόπης.
Βαρυόργητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui gravi ira exardescit. Ex βαρὺς et ὀργή.
Βαρύοσμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod βαρύοδμος.
Βαρυπαθέω, ægre fero.
Βαρυπειθής, έος, ὁ ϗ ἡ, tardus ad parendum. Ex βαρὺς et πείθομαι.
Βαρυπενθής, έος, ὁ ϗ ἡ, gravi luctu oppressus. Ex βαρὺς et πένθος. Hinc
Βαρυπένθεια, ας, ἡ, gravis luctus.
Βαρύπενθος, ον, idem quod βαρυπενθής.
Βαρυπεσής, ὲς, graviter cadens, *Æsch.* A πίπτω.
Βαρυπήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, gravi detrimento adfectus; (2) gravia detrimenta adferens. Ex βαρὺς et πῆμα, *damnum.*
Βαρυπνείω, graviter flo.
Βαρύπνοος, ȣ, ὁ, grave olens. Ex πνοή.
Βαρύποτμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, miser, infelix. Οἴ μοι βαρυποτμωτάτας, *Eurip. Phœn.* 1354.
Βαρύπȣς, ȣν, gravis, seu gravipes, *Ep.*
Βαρυπρεπής, έος, ὁ ϗ ἡ, valde decorus; (2) sumptuosus. Ex βαρὺς et πρέπω.
Βαρύπυκνος, ȣ, ὁ, valde densus; (2) sonus in musicis spissior, *Marc. Cap.*
Βαρὺς, εῖα, ὺ, ponderosus, gravis; (2) robustus; (3) gravis, de sono; (4) violentus; (5) molestus, onerosus; (6) opulentus, potens, amplus; (7) gravis, constans, severus, ratione morum. (5) ᾧ μηδὲν ἐς' οἴκοις βαρὺ, cui nihil domi grave est, id est, quem nulla premit sceleris conscientia, *Soph. Trach.* 730. Μενῶ σ' ἐγὼ εἴσωσι βαρὺς, *Id. ibid.* 1201. Ἐν γήρᾳ βαρὺς, senio morosus, *Id.* 1017. A βάρος.
Βαρυσίδηρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravis ferro.
Βαρυσταθμέω, ῶ, f. ήσω, pondus et gravitatem addo; (2) valde sum ponderosus:
Βαρυσταθμίζω, f. ίσω, idem. A
Βαρύσταθμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ponderosus, gravis.
Βαρυστενάχω, f. άξω, graviter gemo.
Βαρύστομος, ον, profundo ore, *Opp.* A στόμα.
Βαρύστονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, graviter suspirans; (2) infelix; (3) luctuosus.
Βαρυστόνως, *adv.* ægre, magno cum gemitu.
Βαρυσύμφορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, infelix. A συμφορά.
Βαρυσυμφορώτατα, *adv.* infelicissime.
Βαρυσφάραγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui gravem edit strepitum.
Βαρύσωμος, ον, robustus. A σῶμα.
Βαρυταρβὴς, ὲς, terribilis.
Βαρύτης, ητος, ἡ, gravitas, acerbitas, dolor; (2) importunitas, odiosa morum sævitas. Προσκόψαντες τῇ βαρύτητι τȣ̃ Μάρκȣ, insuper offensi duritia Marci *vel* insolentia postulatorum Marci, *Polyb.* 1, 31. Διὰ τὴν βαρύτητα τῶν πλοίων, *Id.* 1, 51. A βαρύς.
Βαρύτιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pretiosus; (2) qui pretium nimis grande exigit. (2) μὴ βαρύτιμον εἶναι περὶ τὴν διάπραξιν, *Heliod. Æth.* 2. Ex τιμή.
Βαρύτλητος, ον, intolerabilis.
Βαρυτονέω, ῶ, gravi tono profero: Hinc
Βαρυτόνησις, pronunciatio cum tono gravi. A
Βαρύτονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui gravi tono pronunciatur.
Βαρυτόνως, *adv.* gravi tono.
Βαρύϋμνος, hymnus grave sonans.
Βαρύφθογγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravem sonum edens.
Βαρύφλοισβος, ον, graviter sonans, *Procl.*
Βαρύφορτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravis, onustus.
Βαρυφρονέω, ῶ, f. ήσω, graviter mente sum adfectus.
Βαρυφροσύνη, ης, ἡ, ægritudo animi. A
Βαρύφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, æger animo. Ex φρήν.
Βαρύφυλλος, ον, gravia folia habens, seu gravis foliis, *Ep.*
Βαρυφωνία, ας, ἡ, gravis vox, gravitas vocis. A
Βαρύφωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui vox est gravis. Ex βαρὺς et φωνὴ, *vox.*
Βαρυχειλος, ον, vaste loquens.
Βαρύχθων, ονος, ὁ ϗ ἡ, gravem humum habens, *Æsch.*
Βαρύψυχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ignavo vel graviter sauciato est animo, *Soph. Aj.* 319. Ex ψυχή.
Βαρυώδης, ες, graviter olens, *Nic.*
Βαρυώδυνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui graves dolores patitur; (2) qui graves dolores adfert. Ex ὀδύνη.
Βαρυωπέω, ῶ, f. ήσω, visu sum obtusiore. Ex βαρὺς et ὤψ, *oculus.*
Βὰς, *qui ivit*, a. 2. part. act. verbi βαίνω, seu potius βῆμι, ex βάω, *eo.*
Βάσαν, acc. sing. a. 2. part. act. f. g.
Βασανεύω, idem quod βασανίζω, *Hes.*
Βασανηδὸν, *adv.* in tormentis, *Man.* Ab eod.
Βασανιζόμενος, *qui cruciatur*, præs. part. pass. v.
Βασανίζω, f. ίσω, exploro, probo, examino; (2) torqueo ad eruendam veritatem, quæstionem habeo de aliquo; (3) torqueo, adfligo quocumque modo; (4) tento aliquem. Βασανίζειν ταῖς ἐμπειρίαις ἕκαστα, τὸν ἀλάστορα. Βασάνιζε γὰρ τὸν παῖδα τȣτονὶ λαβὼν, *Aristoph. Ran.* 636. Ἐγὼ δὲ βασανιῶ τȣ̃τον μόνος, *Id. Ach.* 110. A βάσανος.
Βασανισμὸς, ȣ̃, ὁ, exploratio, quæstio, tormenta, cruciatus. A βασανίζω. Unde
Βασανιστέον, ferendum. Ἀλλὰ βασανιστέον τόδε σοι τὸ πάθος μετ' ἐμȣ̃, *Aristoph. Lys.* 481.
Βασανιστήριον, ȣ, τὸ, instrumentum ad explorandum; (2) locus in quo habetur quæstio; (3) locus cruciatus quivis. Ab eod. et
Βασανιστής, ȣ̃, ὁ, explorator; (2) tortor:
Βασανίστρια, ας, ἡ, exploratrix; (2) tortrix.
ΒΑ'ΣΑΝΟΣ, ȣ, ἡ, lapis quo probatur aurum, lapis Lydius; (2) exploratio, probatio, inquisitio, examen; (3) quæstio per tormenta; (4) tormenta; (5) cruciatus quivis; (6) documentum, specimen, quo nempe quis, ut amicus verus, &c. cognoscatur.
Βασεῦμαι, *ibo*, 1. sing. f. 1. ind. med. *Dor.* et *Æol.* pro βήσομαι, a verbo βαίνω.
Βασεῦνται, *progredientur*, 3. plur. futuri ejusd.
Βασίλεια, ας, ἡ, regina. A βασιλεύς.
Βασιλεία, ας, ἡ, regnum; (2) diadema. Ab eod. Hinc
Βασιλειάω, ῶ, f. άσω, regnum adfecto.
Βασιλείδης, ȣ, ὁ, regis filius, *Suid.* Ab eod.
Βασιλείδιον, ȣ, τὸ, regulus. Dim. a βασιλεύς.
Βασίλειον, ȣ, τὸ, regia, regia domus. A
Βασίλειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, regalis. A βασιλεύς.
Βασιλεύεμεν, præs. inf. *Ion.* pro βασιλεύειν.
ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ, έως, ὁ, rex; (2) regulus, avis.
Βασιλεύτερος, ȣ, ὁ, qui regiam majestatem magis præ se fert quam cæteri, augustior; (2) regno dignior. A βασιλεύς.
Βασιλευτὸς, ἡ, ὸν, qui regnum ferre natura aptus est. A
Βασιλεύω, f. εύσω, regno, impero, rex sum; (2) regnum adipiscor; (3) regnum creo. Βασιλεύειν τῆς Ἀσίας, ἐν Πέρσαις· Βασιλεύεσθαι ὑπό τινος. Πάσης γῆς βασιλεύσεις, *Aristoph. Eq.* 1048. A βασιλεύς.
Βασιλὴ, ἡ, regnum, *Hes. ex Soph.*
Βασιλῆϊ, regi, dat. sing. *Ion.* pro βασιλεῖ.
Βασιλῆϊδα, *regiam*, acc. sing. a
Βασιληῒς, ΐδος, ἡ, regia. Συμπάντων δὲ βασιληΐδα τιμὰν τῶνδε μόνα κρατύνεις, *Eurip. Hippol.* 1280.
Βασιλίζομαι, f. ίσομαι, regis more ago, regiam speciem præ me fero, insolenter ago, regiam potestatem affecto. A βασιλεύς.
Βασιλικὸς, ἡ, ὸν, regius, regalis. Hinc βασιλικὴ, ῆς, ἡ, regia domus; (2) basilica, ædificium amplum, imprimis porticus ampla; (3) βασιλικοὶ, aulici, regis amici et ministri. Ab eod.
Βασιλικῶς, *adv.* rege, regaliter.
Βασιλίνδα, ης, ἡ, ludi genus in quo qui sorte rex factus facienda imperat.
Βασίλιννα, ης, ἡ, regina, *apud Men.*
Βασιλὶς, ΐδος, ἡ, regina. A βασιλεύς.
Βασιλίσκος, ȣ, ὁ, regulus; (2) avicula quædam; (3) serpens quidam; (4) stella in corde Leonis. Dim. a βασιλεύς.
Βασίλισσα, et βασιλίττα, ης, ἡ, regina.
Βάσιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pervius, meabilis, calcabilis; (2) accessibilis; (3) accessus; (4) stabilis, fixus, constans. A
Βάσις, εως, ἡ, gressus, gradus, incessus; (2) pes, planta pedis; (3) fulcimentum, fundamentum, vestigium, locus in quo pes figi potest. (2) σε τῆνδε τ' ἔμπυον βάσιν παύσοντας ἄλγȣς, *Soph. Phil.* 1378. A βαίνω, *eo*, *incedo.*
ΒΑΣΚΑΙ'ΝΩ, f. ανῶ, fascino; (2) invideo; (3) criminor, reprehendo. Βασκαίνειν τινι, τί τινι, ἐπί τινι.
Βασκανητικὸς, ἡ, ὸν, ad invidiam pronus.
Βασκανία, ας, ἡ, fascinatio; (2) invidia, invidentia; (3) obtrectatio.
Βασκάνιον, ȣ, τὸ, fascinum; (2) odium. A
Βάσκανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fascinator, fascinatrix; (2) invidus; (3) obtrectator, malevolus; (4) invisus, intolerandus, dirus, execrabilis, nefarius. A βασκαίνω.
Βασκάνως, *adv.* animo invido.
Βασκοσύνη, ης, ἡ, idem quod βασκανία.
Βάσκω, vado, *Poeticum.*
Βασμὸς, ȣ̃, ὁ, idem quod βαθμός.
Βασȣ̃νται, *gradientur*, 3. pl. f. 1. ind. med. *Æol.* pro βήσονται, a verbo βαίνω.
Βάσσα, *concavitas*, *Dor.* pro βῆσσα.
ΒΑΣΣΑ'ΡΑ, ας, ἡ, genus calceamenti; (2) Baccha; (3) meretrix; (4) vulpes. Hinc
Βασσάρειος, εία, ειον, vulpinus.
Βασσαρέω, Bacchico seu lymphato furore agitari, *Ath.* A βασσάρα.
Βασσαρικὸς, ἡ, ὸν, Bacchicus. Ab eod.
Βασσάριον, et ειον, τὸ. Dim. a βασσάρα.
Βασσαρὶς, ΐδος, ἡ, Baccha; (2) vulpes femina; (3) meretrix. A βασσάρα.
Βάσσων, pro βασσότερος, seu βαθίων, *E. M.*
Βασταγὴ, ῆς, ἡ, onus, quod portatur:
Βάσταγμα, ατος, τὸ, onus, gestamen. A
ΒΑΣΤΑ'ΖΩ, f. άσω, vel *Dor.* άξω, porto, bajulo; (2) examino, exploro, proprie scilicet onus libratu; (3) exporto; (4) tolero, suffero; (5) e medio tollo, deleo, sepelio; (6) contrecto, tango. Vide *Suidam* in voce. Βαστάζειν τι ἐπὶ τῶν ὤμων, *Aristot.* ὕβριν, *Epig.* Πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ, *Aristoph. Thesm.* 444. Καὶ τὸ μηδαμὰ ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε, *Soph. Œd. Col.* 1104. Φιλίας ἀλόχȣ χέρα βαστάζων, *Eurip. Alc.* 927.
Βασταχτικῶς, *adv.* bajulantis modo.
Βαστὸν, ȣ̃, τὸ, calceus.
Βαστάσαι, a. 1. inf. act. verbi βαστάζω.
Βαστάσασι, dat. pl. a. 1. part. act.
Βάσωμεν, 1. pl. præs. conj. act. *Dor.* pro βήσωμεν.
Βαταλίζομαι, f. ίσομαι, turpiter et effeminate vivo. A
ΒΑ'ΤΑΛΟΣ, ȣ, ὁ, mulierosus, effeminatus, cinædus; (2) podex.
Βατάνιον, ȣ, τὸ, patella. Dim. a πατάνα.

Βάτι,

Βᾶτε, *ite*, 2. pl. a. 2. imperat. act. *Dor.* pro βῆτε, a βαίνω.

Βατεύω, f. εύσω, coeo, de maribus, ut βατεύομαι, de feminis. A

Βατέω, ῶ, idem; (2) calco, pro πατέω.

Βάτην, 3. dual. a. 2. ind. act. verbi βαίνω.

Βατὴρ, ῆρος, ὁ, qui incedit; (2) meta; (3) limen. Ab eod.

Βατήριος, ία, ιον, scansorius. A præc.

Βατία, ας, ἡ, rubus. A βάτος.

ΒΑΤΙΑ'ΚΗ, ης, ἡ, poculi genus.

Βατιδοσκόπος, et βατισσκόπος, idem qui ὀψοφάγος. Ex βάτις vel βατία, *piscis*, et σκοπτομαι.

Βάτινος, ίνη, ινον, rubeus, e rubo. A βάτος.

Βάτιον, ȣ, τὸ, parvus cadus. Dim. a βάτος.

Βατὶς, ίδος, ἡ, herbæ nomen; (2) piscis quidam, raia, *Gl. V.* avis quædam.

Βατοδρόπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rubos decerpens. Ex βάτος et δρέπω, *decerpo.*

Βατόεις, όεσσα, εν, idem quod βατώδης, *Theoc.*

ΒΑ'ΤΟΣ, ȣ, ἡ, rubus, sentis.

ΒΑ'ΤΟΣ, ȣ, ὁ, batus, mensura liquidorum apud Hebræos.

Βατὸς, ἡ, ὸν, pervius, aditum admittens, accessu facilis. A βαίνω, *eo.*

Βατράχειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qu. dic. ranalis, ad ranas pertinens, *nomen coloris.*

Βατράχεος, α, ον, idem quod βατράχειος, *Ath.*

Βατραχίζω, f. ίσω, p. ικα, more ranæ nato, imitor ranam, vel coaxo. A βάτραχος.

Βατράχιον, ȣ, τὸ, ranunculus; (2) genus herbæ, *Plin.* cujus succo inficiebant faciem ante inventas personas. Scribitur et βατράχειον, unde et color sic dictus. Dim. ab eod. *Angl.* CROW-FOOT.

Βατραχὶς, ίδος, ἡ, vestis habens colorem qui ex βατραχίῳ fit.

Γενεαλογέω, ῶ, f. ήσω, genus recenseo, natales progenitorum investigo; (2) annumero in prosapia aliqua. A γενεαλόγος.
Γενεαλόγημα, ατος, τὸ, idem quod
Γενεαλογία, ας, ἡ, genealogia, generis recensio.
Γενεαλογικὸς, ἡ, ὸν, ad generis recensionem, sive ad genealogiam pertinens. A
Γενεαλόγος, ου, ὁ, qui originem et genus alicujus recenset. Ex γενεὰ et λέγω, *dico*.
Γενεῆθεν, genere.
Γενεῆφιν, *generationi*, dat. sing. *Ion.* et per *Paragogen*, τοῦ φιν, pro γενεᾷ, a γενεά.
Γενέθλη, ης, ἡ, genus, progenies, genitura. Ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη, *Il.* 2, 857. A γενεά.
Γενέθλια, ων, τὰ, natalitia. A præc.
Γενεθλιάζω, natalitia ago, celebro. Βοῦτον δὲ ἔν τε Σάμῳ γενεθλιάζοντα φασὶ, *App. Bell. Civ.* 4, 134.
Γενεθλιακὸς, ἡ, ὸν, ad natalitia pertinens; (2) genethliacus.
Γενεθλιαλογία, ας, ἡ, prædictio ex natali die, notatio ex sideribus natalitiis. A
Γενεθλιαλογέω, exerceo artem e natali die fata hominum colligendi, et ex illa arte quæstum facio.
Γενεθλιαλόγος, ου, ὁ, qui prædictiones e natali die facit. Ex γενέθλια et λέγω, *dico*.
Γενεθλιὰς, άδος, ἡ, dies natalis, nativitas.
Γενεθλίδιος, ου, ὁ, natalitius:
Γενεθλιολόγος, ου, ὁ, idem quod γενεθλιαλόγος.
Γενέθλιον, ου, τὸ, dies natalis hominis, urbis, &c. A γενέθλη. Hinc
Γενέθλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, natalis, natalitius, θεοὶ γενέθλιοι, penates.
Γενέθλιωμα, ατος, τὸ, genus, sexus.
Γένεθλον, ου, τὸ, genus, filius vel filia, proles.
Γένει, dat. sing. *contr.* pro γένεϊ, a γένος.
Γενειάζω, f. άσω, pubesco. A γένειον, *barba*.
Γενειᾶν, præs. inf. act. *contr.* pro γενειάειν.
Γενειὰς, άδος, ἡ, lanugo; (2) barba; (3) genæ. (3) Ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος, *Eur. Med.* 709. Ἢ γ' ἐμὴν γενειάδα προσήγετ' αἰεὶ στόματι, *Id. Suppl.* 1099.
Γενειάσδων, præs. part. *Dor.* pro γενειάζων.
Γενειάσκω, barbam emittere incipio. A
Γενειάω, ῶ, barbatus sum; (2) pubesco. A γένειον. Hinc
Γενειήταν, acc. sing. *Dor.* pro γενειήτην, a
Γενειήτης, ου, ὁ, et γενειάτης, barbatus.
Γένειον, ου, τὸ, mentum; (2) barba. A γένυς.
Γένεο, *fuisti*, 2. sing. a. 2. med. *Ion.* pro ἐγένου, a verbo γίνομαι, *sum*.
Γενέσεως, *Att.* et *Ion.* pro γενέσιος, a γένεσις.
Γενέσθαι, a. 2. inf. med. verbi γίνομαι.
Γενέσια, ων, τὰ, natalitia, et quidem proprie de mortuo cujus natalis celebratur. A γένεσις.
Γενεσιάρχης, ου, ὁ, originis auctor. Ex ἀρχή.
Γενεσιουργὸς, οῦ, ὁ, originis caussa. Ex ἔργον.
Γένεσις, εως, ἡ, ortus, origo; (2) creatio; (3) generatio, nativitas; *apud Platonem*, id quod semper fluit, et nunquam vere est; (4) genitura, positus cœli tempore nativitatis. A γίνομαι.
Γενέτειρα, ας, ἡ, genitrix, parens. A γενετήρ.
Γενετὴ, ῆς, ἡ, ortus, nativitas. A γίνομαι.
Γενετὴρ, ῆρος, ὁ, genitor, pater. Ab eod.
Γενέτης, ου, ὁ, idem et ab eod.
Γενέτωρ, ορος, ὁ, idem et ab eod.
Γενέτο, *fuit*, 3. sing. a. 2. *Ion.* pro ἐγένετο.
Γένευ, 2. sing. a. 2. ind. med. *Ion.* et *Dor.* pro ἐγένου.
Γένῃ, *fueris*, 2. sing. a. 2. conj. med.
Γενηὶς, ΐδος, ἡ, securis. Ἐκεῖ γὰρ οὔ τε τοῦ γενῆδος ἦν πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολὴ, *Soph. Antig.* 255. Ξίφος εἴ ποθεν, ἢ γένυν, ἢ βελέων τι, προπέμψατε, *Id. Phil.* 1249.
Γενηθεὶς, *natus*, a. 1. part. pass. verbi γίνομαι.
Γενήθητι, *nascaris*, 2. sing. a. 1. imperat. pass.
Γενηθήτω, *fiat*, 3. sing. a. ejusd.
Γενήσεται, *erit*, 3. sing. f. 1. ind. med.
Γένησθε, *fueritis*, 2. plur. a. 2. conj. med.
Γενήσομαι, *ero*, 1. sing. f. 1. ind. med.
Γενῆται, ῶν, οἱ, qui ejusdem generis sunt, gentiles. Ab eod.
Γένηται, 3. sing. a. 2. conjunct. med.
Γενηταῖος, α, ον, Genetæus, epith Jovis, *Ap.*
Γενητήριος, α, ον, paternus, *Synes.*
Γενητὸς, ἡ, ὸν, creatus, factus. A γίνομαι.
Γενικὸς, ἡ, ὸν, generalis, γενικὴ πτῶσις, genitivus casus. A γένος. Hinc
Γενικῶς, *adv.* generaliter.
Γέννα, ης, ἡ, genus, progenies. Hinc
Γεννάδας, ου, ὁ, generosus; (2) ingenuus.
Γενναιοπρεπῶς, generose.
Γενναῖος, αία, αῖον, ingenuus; (2) nobili loco ortus; (3) naturalis, avitus, insitus; (4) generosus, strenuus; (5) vehemens, validus. (3) Οὐ γάρ μοι γενναῖον, non enim mihi avitum est, *alii interpretantur* decorum est. *Sed perinde est, Il.* 5, 253. (5) γενναία δύη, acer dolor, *Soph. Aj.* 951. Περιστεταίχιστό τε γενναίῳ τε καὶ μεγίστῳ ἡ πόλις τείχει, *Herodian.* 3, 2. Ab eod.
Γενναιότης, ητος, ἡ, generositas. Γενναιότης σοι ἔνεστι, generosus tibi inest animus, *Eurip. Phœn.* 1674. A γενναῖος.
Γενναίως, *adv.* generose, fortiter. Ab eod.
Γεννᾶται, *nasceretur*, 3. sing. præs. conjunct. pass. *contr.* pro γεννάηται, a γεννάω.
Γέννατο, *fuit*, 3. sing. a. 1. ind. med. *Ion.* et *Æol.* pro ἐγείνατο, a verbo γείνομαι, *sum*.
Γεννάω, ῶ, genero, progigno, *de viris*; pario, *de mulieribus*; (2) pario, *Metaph.* Σῶμα γεννῶν μέγα, magna corporis mole esse, *Soph. Aj.* 1077.
Γεννηθεὶς, *natus*, masculinum gen.
Γεννηθὲν, aor. 1. part. pass. n. g. A γεννάω.
Γεννηθέντος, gen. sing. a γεννηθείς.
Γέννημα, ατος, τὸ, quod natum seu procreatum est, progenies; (2) fructus. A γεννάω.
Γεννῆσαι, a. 1. inf. act. verbi γεννάω. Unde
Γέννησις, εως, ἡ, nativitas, generatio:
Γεννήτειρα, ας, ἡ, genitrix, parens, mater:
Γεννητὴς, οῦ, ὁ, generator:
Γεννητικὸς, ἡ, ὸν, generandi vim habens, genitalis:
Γεννητὸς, ἡ, ὸν, genitus, natus; (2) mortalis;
Γεννήτωρ, ορος, ὁ, genitor, parens.
Γεννικὸς, ἡ, ὸν, generosus, fortis. A γέννα.
Γεννικῶς, *adv.* generose, fortiter.
Γεννοδότειρα, genitrix, epith. Veneris.
Γεννῶσα, *generans*, præs. part. act. *contr.* pro γεννάουσα, a verbo γεννάω.
Γενοίατο, 3. pl. a. 2. opt. med. *Dor.* pro γενοίντο.
Γενόμενος, *natus*, aor. 2. part. med.
Γένος, εος, τὸ, genus, progenies, familia; (2) gens, natio; (3) stirps; (4) Genus, cui opponitur Species. A γίνομαι.
Γενοῦ, *sis*, 2. sing. aor. 2. imperat. med.
Γενοῦμαι, *fiam*, f. 2. ind. med.
Γένους, *generis*, g. sing. *contr.* pro γένεος, a γένος.
Γενέστης, ου, ὁ, genere propinquus. A γένος.
ΓΕ'ΝΤΑ, ων, τὰ, carnes, viscera. Γέντα συὸς φλιδόωντος ἀλοιφῇ, viscera suis rupti e pinguedine, *Nic. Alexiph.* 556. Γέντα βοὸς μέλδοντες, artus bovis elixantes, *Callim. Fragm.* 309.
ΓΕΝΤΙΑΝΗ', ῆς, ἡ, gentiana, herba. *Angl.* GENTIAN, OR FELWORT.
Γέντο, *fuit*, 3. sing. a. 2. med. *Poet.* pro ἐγένετο, a verbo γίνομαι, *sum*, *nascor*.
ΓΕ'ΝΥΣ, υος, ἡ, mentum, maxilla; (2) barba; (3) securis. Παγχάλκων γενύων πλαγὰ, *Soph. Elect.* 195.
Γένωμαι, *fiam*, a. 2. conj. med. v. γίνομαι.
Γενώμεθα, *efficeremur*, 1. plur. a. ejusd.
Γεοειδὴς, ὲς, terreus. Ex εἶδος.
Γεόομαι, οῦμαι, in terram vertor.
Γεοῦχος, ου, ὁ, terram continens, qui terram suo ambitu complectitur. Ex γέα et ἔχω.
Γέρα, nomen plurale contractum ex γέραα, ultima longa, a recto γέρας, munus. Γέρα τάδ' ὥν τάφοισιν δέξασθαι νέκυς, *Soph. Elect.* 443. Οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ διδόντες, *Eurip. Phœn.* 881.
Γεράεσσι, vel γεράεσσιν, dat. pl. *Ion.* et *Poet.* pro γέρασι, a γέρας, *munus*.
Γεραιὰ, ᾶς, ἡ, anus; (2) matrona. Γεραιαὶ, Bacchæ mulieres. (1) γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσουσι, *Eurip. Hec.* 52. A

Γεραιὸς, ὰ, ὸν, senilis; (2) *masc.* senex, vir venerabilis, magnæ autoritatis. A γέρων.

Γεραιόφλοιος, ον, senili cortice, maturus, *Ep.*

Γεραίρω, muneror honoris caussa, orno; (2) veneror, magni facio. Τραγικοῖσι χοροῖσι αὐτὸν ἐγέραιρον, *Herodot.* Μέλπε, καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα, χορομανεῖ τρόπω, *Aristoph. Thesm.* 970. A γέρας.

Γεραίτερος, *senior*, per Syncop. pro γεραιότερος, *natu major*, Soph. Œd. Col. 1294.

Γεράνδρυον, ȣ, τὸ, (al. γεράνδριον) arbor annosa. Ex γέρων et δρῦς, *arbor.*

Γεράνιον, ȣ, τὸ, grus, machina; (2) Geranium, herba, *Plin.* *Angl.* CRANESBILL.

Γερανίτης, ȣ, ὁ, sc. λίθος, geranites, lapis quidam. A γέρανος.

Γερανοβοτία, ας, ἡ, grex gruum pascentium. A βόσκω.

Γερανομαχία, ας, ἡ, pugna cum gruibus.

ΓΕ'ΡΑΝΟΣ, ȣ, ἡ, grus, avis; (2) saltationis genus; (3) machina scenica; (4) machina tollendis oneribus comparata.

Γερανὸς, ȣ, ὁ, senex; (2) honoratus. A γέρων.

Γεραραι, a. 1. inf. act. verbi γεραίρω.

Γεραρὸς, ρὰ, ρὸν, honorandus, venerandus, augustus. Οὐδ' ὄτω γεραρόν, *Il.* 3, 170. Ab eod.

ΓΕ'ΡΑΣ, ατος, τὸ, præmium, munus; (2) honor. Τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ γερόντων, *Il.* 4, 323. Hinc

Γεράσμιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, honoratus, honore et præmio dignus; (2) honorificus; (3) senilis. Πρὸς σὲ γονάτων, καὶ τριχὸς γερασμίȣ, *Eurip. Phœn.* 930.

Γερασφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, præmium ferens; (2) præmium capiens. Ex γέρας et φέρω.

Γερατοφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd.

Γεράων, gen. pl. *Ion.* pro γεράτων, a γέρας.

Γεργέριμος, ὁ καὶ ἡ, epith. olivæ, estque decidua, quæ ob maturitatem sponte decidit.

Γέρεα, nom. pl. *Ion.* pro γέρατα, a γέρας.

Γερήνιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, epith. Nestoris, *ap. Hom.* honoratus. A γέρας, aut a loco Γερῆνα.

Γερηφορία, ἡ, honores. A φέρω.

Γέρον, *senex*, vocat. sing. a γέρων, *senex.*

Γεροντανωγέω, ῶ, f. ήσω, senem instituo; (2) senem duco, *Soph. Œd. Col.* 348. A

Γεροντανωγὸς, ȣ, ὁ, qui senem instituit.

Γερόντειος, εία, ειον, senilis. A γέρων.

Γεροντιαῖος, αία, αῖον, idem et ab eod.

Γεροντία, ἡ, senectus; (2) Lacedæm. senatus.

Γεροντιάω, ῶ, senium et delirium resipio, ad senilem modum deliro, desipio. Ab eod.

Γεροντικὸς, ἡ, ὸν, senilis. Ab eod.

Γερόντιον, τὸ, vetulus, senex; (2) senatus.

Γεροντικῶς, *adv.* seniliter.

Γεροντοδιδάσκαλος, ȣ, ὁ, qui senis, atque adeo parum docilis præceptor est.

Γεροντοκομεῖον, ȣ, τὸ, locus ubi senes tractantur et curantur. Ex γέρων et κομέω, *curo.*

Γέρȣσι, *senibus*, dat. plur. a γέρων.

Γερȣσία, ας, ἡ, senatus. A γερȣσιος. Hinc

Γερȣσιαςὴς, ȣ, ὁ, senator.

Γερȣσιος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ad senes vel principes reip. pertinens; (2) honorabilis. A γέρων.

Γερράδια, ων, τὰ, storeæ ex vimine, aut junco. A

ΓΕ"ΡΡΟΝ, ȣ, τὸ, scutum Persicum ex vimine textum; (2) quodvis instrumentum defensionis.

Γερροφόρος, miles qui scuto vimineo utitur.

Γέρυνος, ὁ, parva rana. *Nic.* al. γυρῖνος, et γερῖνος, *Eust.*

ΓΕ'ΡΩΝ, οντος, ὁ, senex; (2) *in plural.* senatores, curia; (3) colus.

Γερωχία, ἡ, pro γερȣχία, i. e. γερȣσία senatus.

Γευθμὸς, ȣ, ὁ, gustus. A γεύω.

Γεῦμα, ατος, τὸ, idem et ab eod. Hinc

Γευματίζω, f. ίσω, gusto.

Γεύμεθα, 1. plur. perf. ind. pass. *Ion.* et *Dor.* pro γεγεύμεθα, a γεύω.

ΓΕΥ'ΟΜΑΙ, gusto, experior, periculum facio. Εἰ μὴ γεύσεταί σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διὸς, irrigetur pluviis, *Herodot.* Μὴ διατρίψης ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας, *Aristoph. Ran.* 461. Ἐγευσάμην βραχύ τι μέλιτος, 1 *Sam.* 14, 29. Ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην, *Soph. Trach.* 1101. Τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος, *Eurip. Hippol.* 363.

Γευσάμενος, a. 1. part. med.

Γεῦσις, εως, ἡ, gustatio. A γεύω. Unde

Γευςήριον, ȣ, τὸ, gustandi instrumentum; (2) poculum quo vinum gustatur.

Γευςικὸς, ἡ, ὸν, gustatorius.

Γευςὸς, ἡ, ὸν, qui gustari potest.

ΓΕΥ'Ω, fut. εύσω, gustare facio, gustandum præbeo, cibum potumve do.

ΓΕ'ΦΥΡΑ, ας, ἡ, pons; (2) intervallum inter binos instructæ aciei ordines; (3) locus quisque patulus, unde elabi et aliquo in tutum pervenire licet, *Ern.* (2) τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας; *Il* 4, 371.

Γεφυρίζω, f. ίσω, e ponte scommata in aliquem jacio; (2) derideo, cavillor, subsanno. A præc.

Γεφύριον, ȣ, τὸ, ponticulus. Dim. a γέφυρα.

Γεφυρισμὸς, ȣ, ὁ, derisio, cavillatio. A γεφυρίζω. Unde

Γεφυριςὴς, ȣ, ὁ, cavillator, irrisor.

Γεφυροποιέω, ῶ, f. ήσω, pontem facio, viam aliquam munio. A

Γεφυροποιὸς, ȣ, ὁ, pontifex, qui pontem facit.

Γεφυρȣ̃ν, præs. inf. pro γεφυρόειν. A

Γεφυρόω, ῶ, f. ώσω, ponte jungo, pontem impono. Γεφυρȣ̃ν διάβασιν, *Polyb.* τȣ̀ς ποταμȣ̀ς νεκροῖς, *Luc.* Ex γέφυρα. Hinc

Γεφύρωμα, ατος, τὸ, ipsum opus jungendi ponte fluvium; (2) transitus fluminis.

Γεφύρωσις, εως, ἡ, pontium exstructio:

Γεφυρωτὴς, ȣ, ὁ, qui pontes exstruit.

Γεωγραφέω, ῶ, f. ήσω, terrarum orbem describo oratione. A γεωγράφος.

Γεωγραφία, ας, ἡ, descriptio terræ. Ab eod.

Γεωγραφικὸς, ἡ, ὸν, ad terræ descriptionem pertinens; (2) terræ descriptionis peritus; hinc (3) γεωγραφικὰ, ῶν, τὰ, commentarii de terræ descriptione. Ab eod.

Γεωγραφικῶς, geographice, more geographi.

Γεωγράφος, ȣ, ὁ, qui terram, seu terræ situm, describit. Ex γέα et γράφω, *scribo.*

Γεωδαισία, ας, ἡ, terræ divisio, distributio, partitio. Ex γέα et δαίω, *divido.*

Γεώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, terreus, terrenus. A γέα.

Γεωλοφία, ας, ἡ, tumulus, collis. A γεώλοφον.

Γεώλοφον, ȣ, τὸ, collis, tumulus. A

Γεώλοφος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, e terra instar tumuli, seu collis elevati; (2) *Subst.* ὁ, tumulus; (3) homo crassus, stupidus, inutile terræ pondus.

Γεωμετρέω, ῶ, f. ήσω, terram metior; (2) disco vel exerceo geometriam. Γεωμετρῆσαι βȣ́λομαι τὸν ἀέρα ὑμῖν, *Aristoph. Av.* 1001. A

Γεωμέτρης, ȣ, ὁ, geometra, agri mensor. Hinc

Γεωμετρία, ας, ἡ, geometria, terram dimetiendi scientia.

Γεωμετρικὸς, ἡ, ὸν, ad geometriam seu geometram pertinens; (2) geometriæ peritus. Ab eod.

Γεωμετρικῶς, *adv.* geometrice, proportione.

Γεωμιγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, terra mixtus; (2) terrenus. Ex γέα et μίγνυμι, *misceo.*

Γεωμορία, ας, ἡ, agricultura. A γεωμόρος.

Γεωμόριον, ȣ, τὸ, terræ portio. Ab eod.

Γεωμορικὸς, ἡ, ὸν, (νόμος,) agrarius.

Γεωμόρος, ȣ, ὁ, agricola, colonus. Ex γέα et μείρω, *divido.*

Γεωνόμος, ȣ, ὁ, qui agrum distribuit. Ex νέμω.

Γεωπείνης, ȣ, ὁ, qu. dic. qui terræ fame laborat, qui parum terræ possidet; (2) famelicus. Ex γέα et πεῖνα, (potius a πένομαι, *laboro*, Ern.)

Γεωπονέω, ῶ, f. ήσω, terram colo. Ex πόνος.

Γεωπονία, ας, ἡ, agricultura.

Γεωπονικὸς, ἡ, ὸν, ad agriculturam pertinens.

Γεωπόνος, ȣ, ὁ, agricola.

Γεωργέω, ῶ, f. ήσω, terram colo, agriculturam exerceo. Γεωργεῖν τὴν γῆν, *Dem.* A γεωργός.

Γεώργημα, ατος, τὸ, agricolatio. A præc.

Γεωργήσιμος, ὁ καὶ ἡ, ad colendum idoneus, fertilis.

Γεωργία, ας, ἡ, agricultura. A γεωργός.

Γεωργικὸς, ἡ, ὸν, ad agriculturam pertinens: hinc γεωργικὰ, τὰ, libri de agricultura.

Γεώργιον, ȣ, τὸ, agricolatio; (2) arvum, ager aratus. Ab eod.

Γεωργὸς, ȣ, ὁ, agricola; (2) vinitor; (3) colonus quivis. Ex γέα et ἔργον. Hinc

Γεωργώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, rusticus. Κατὰ τὸ γεωργῶδες, agricolarum sive rusticorum more.

Γέωρες, ων, οἱ, et γεῶραι, οἱ, qui terram custodiunt, agrorum custodes. Ex ὄρος.

Γεωρυχέω, ῶ, f. ήσω, terram fodio. A

Γεωρύχος, ȣ, ὁ, qui terram fodit. Ex γέα et ὀρύσσω, *fodio.*

Γεωτόμος, ȣ, ὁ, qui terram scindit, agricola. Ex γέα et τέμνω, *scindo.*

Γεωτρωγία, ἡ, victus e rebus terræ natis; pro *infantibus opponitur* lacti, et est cibus non liquidus quivis. Ex γέα et τρώγω.

Γεωφάνιον, ȣ, τὸ, locus in quo metalla nascuntur seu apparent. Ex γέα et φαίνομαι, (nisi potius sit γεωψάνιον ubi glebæ terrestres metallis fœtæ excoquuntur, *Ern.*)

Γεωφύλαξ, ακος, ὁ, custos agri.

Γεωχαρὴς, ὲς, gaudens terra, libenter in terra versans. Ex χαίρω.

Γῆ, γῆς, ἡ, terra; (2) regia. *Contr.* e γέα.

Γηγενέτης, ȣ, ὁ, terrigena, terræ filius. Γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος, *Eurip. Phœn.* 129. Ex γῆ et γίνομαι, *nascor.*

Γηγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem; (2) indigena; (3) gigas. Ex iisd.

Γήδιον, ȣ, τὸ, agellus. Dim. a γῆ.

Γῆθεν, *adv.* e terra. Ab eod.

Γήθεον, *Ion.* pro ἐγήθεον. A

ΓΗΘΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, gaudeo, lætor. Τίς ἂν τάδε γηθήσειε; *Il.* 9, 77. Γήθησεν δὲ μέγα φρεσὶ Γαῖα πελώρη, *Hesiod. Theog.* 173.

Γήθησαν, 3. pl. a. 1. ind. *Ion.* pro ἐγήθησαν.

Γηθήσειε, *lætatus sit*, 3. sing. a. 1. opt. act. *Æol.* pro γηθήσαι.

Γήθειον, τὸ, pro γήθυον, *Ar.*

Γῆθος, εος, τὸ, gaudium. Φρονήματος μεςοὶ καὶ γήθȣς, *Plutarch. in Agesilao*, 612. A γηθέω.

Γηθόσυνη, ης, ἡ, idem. A γῆθος.

Γηθόσυνος, ύνη, υνον, lætus, lætabundus.

Γηθοσύνως, *adv.* læte.

Γηθυλλὶς, ίδος, ἡ, idem; (2) olus porro simile.

ΓΗ'ΘΥΟΝ, ȣ, τὸ, genus cepæ.

Γήθω, idem quod γηθέω.

Γήϊνος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, terrenus; (2) corruptioni obnoxius; (3) mortalis. A γῆ.

Γήϊος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, idem et ab eod.

Γηΐτης, ȣ, ὁ, agricola, rusticus. Ab eod.

Γηκινία, ἡ, terræ motus, *Hes.*

Γήκινος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui terram quatit vel movet. Ex γῆ et κινέω, *moveo.*

Γηλεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, humi cubans, cui humi lectus est. Ex γῆ et λέχος, *lectus.*

Γήλοφος, ȣ, ὁ, tumulus, pro γεώλοφος.

Γῆμαι, aor. 1. inf. *per Sync.* pro γαμῆσαι.

Γήμας, *qui uxorem duxit*, part. aor. 1.

Γημάσθαι, aor. 1. inf. med. *per Sync.* pro γαμήσασθαι.

Γημόρος, ȣ, ὁ, agricola. Ex γῆ et μείρω.

Γηȣχέω, ῶ, f. ήσω, agrum habeo, possideo. Ex γῆ et ἔχω.

Γήȣχος, ȣ, ὁ, terram habens; (2) terram continens, *de Neptuno.* Ex iisd.

Γηπάτταλος, ȣ, ὁ, paxillus terræ.

Γήπεδον, ȣ, τὸ, ager, fundus, solum; (2) solum, quod adjacet prædiis urbanis.

Γηπετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in terram delapsus. Ex γῆ et πίπτω, *cado.*

Γηπονέω, ῶ, f. ήσω, agrum colo. A γηπόνος.

Γηπονία ας, ἡ, agricultura. Ab eod.

Γηπονικῶς, *adv.* rustice, more agricolarum.

Γηπόνος, ȣ, ὁ, agricola. Ex γῆ et πόνος.

Γήποτος, ον, terræ epotandus, *Æsch.*

Γήρᾳ, dat. sing. *Ion.* et *Att.* pro γήρατι, *senectuti* vel *senectute*; aliquoties redditur *tandem*, ut in hoc Sophoclis versu, Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξεν, sapere tandem docentur, *Antig.* 1353. A γῆρας.

Γηραιὸς, αιὰ, αιὸν, senex, senilis, senio confectus, grandævus. A γῆρας.
Γηραλέος, έα, έον, idem et ab eod.
Γηράλιος, α, ον, idem; (2) tristis, acerbus.
Γήραμα, ατος, τὸ, senium; (2) floccus vanescentis floris. (2) οἱ πάπποι οἵ τινές εἰσι γηράματα ἀκάνθης, σημεῖον ἐγένοντο ἀνέμου, *Scholiast. ad Aratum*, 118, 1. A γηράω.
Γηράναι, præs. inf. act. v. γήρημι, *senesco*.
Γηράντεσσι, *senescentibus*, dat. pl. a. 1. part. act. *Poet.* et *Ion.* pro γηράσι, et hoc pro γηράσασι, a γηράσας, verbi γηράω, *senesco*.
Γηρὰς, *senescens*, præs. part. verbi γήρημι.
ΓΗ͂ΡΑΣ, ατος, τὸ senectus, senium.
Γηράσῃς, *senueris*, 2. sing. a. 1. conj. act. verbi
Γηράσκω, f. άσω, senesco. A
Γηράω, ῶ, f. άσω. idem. Αὐτὰρ ἐπεὶ Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα, *Il.* 7, 148. A γῆρας.
Γήρειον, ου, τὸ, idem quod γήραμα. Ab eod.
Γηροβοσκέω, ῶ, f. ήσω, in senectute alo. Εἶχον ἐλπίδας πολλὰς ἐν ὑμῖν γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ, *Eurip. Med.* 1032.
Γηροβοσκία, ας, ἡ, sustentatio senis:
Γηροβοσκὸς, ῦ, ὁ ϗ ἡ, senum nutritor, qui aliquem in senectute alit. Ex γῆρας et βόσκω.
Γηροκομεῖον, ου, τὸ, locus quo aluntur senes. Ex γηροκόμος. Unde
Γηροκομέω, ῶ, f. ήσω, curam senis gero.
Γηροκομία, ας, ἡ, cura et nutritio senum.
Γηροκομικὸς, ἡ, ὸν, ad curam alendi senes pertinens.
Γηροκόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui curam habet senum. A γῆρας et κομέω, *curam gero.*
Γηροτροφεῖον, ου, τὸ, locus in quo senes aluntur.
Γηροτροφέω, ῶ, f. ήσω, in senectute alo.
Γηροτροφία, ας, ἡ, actio et cura alendi senes:
Γηροτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, senes nutriens. Ex γῆρας et τρέφω. Obs. *Hæc verba omnia scribuntur et per* ω, Ern.
Γηρυόνας, gen. sing. *Dor.* pro γηρυόνης, a γηρυόνη, *garrula.*
ΓΗ͂ΡΥΣ, υος, ἡ, vox: ἴα γῆρυς, *Il.* 4, 437.
Γήρυμα, ατος, τὸ, vox. A
Γηρύω, f. ύσω, sono; velut pro mugire, canere, &c. (2) loquor, dico, conqueror. Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, *Hesiod. Op.* 258. A γῆρυς.
Γήρως, gen. sing. *Ion.* et *Att.* pro γήρατος.
Γήτειον, ου, τὸ, idem quod γήθυον.
Γήτης, ου, ὁ, agricola, rusticus. A γηΐτης.
Γητομέω, ῶ, f. ήσω, terram scindo seu findo. A
Γητόμος, ου, ὁ, qui terram findit seu scindit. Ex γῆ et τέμνω.
Γηφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui terra vescitur; (2) pauper, qui terræ oleribus se sustentat.
Γήχυτον, ου, τὸ, exterior pars terræ mollis et minime lapidosa. Ex γῆ et χύω, *fundo.*
Γιγανταῖος, αία, αῖον, giganteus. A γίγας.
Γιγάντειος, εία, ειον, idem. Ab eod.
Γιγαντιάω, ῶ, gigantes imitor, gigantum similis sum.
Γιγαντολέτειρα, ας, ἡ, gigantum perditrix, epith. Minervæ.
Γιγαντολέτης, ου, ὁ, gigantum perditor et extinctor. Ex γίγας et ὄλλυμι, *perdo.*
Γιγαντολέτις, ιδος, ἡ, idem quod γιγαντολέτειρα.
Γιγαντολέτωρ, ορος, ὁ, idem quod γιγαντολέτης.
Γιγαντομαχία, ας, ἡ, pugna gigantum.
Γιγαντοραιστὸς, (a ῥαίω) idem quod
Γιγαντοφόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui gigantes interficit.
Γιγαντώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, giganti similis.
ΓΙ'ΓΑΡΤΟΝ, ου, τὸ, quod in acino osseum seu lapidosum est, granum acini. *Numb.* 6, 4. (2) uva, pars pro toto. (2) ἀπ' ὧν ἄνευ γιγάρτων, *Aristoph. Pax.* 634. Hinc
Γιγαρτώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, plenus γιγάρτων.
ΓΙ'ΓΑΣ, αντος, ὁ, gigas.
ΓΙΓΓΙ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, herbula, pastinacæ sylvestri similis.
ΓΙΓΓΑΙΣΜΟ'Σ, ῦ, ὁ, titillatio; (2) risus petulans.
Γιγγλυμοειδὴς, έος, ῦς, ὁ ϗ ἡ, cardini similis, de commissura articulorum, ut cubiti et brachii. A seq. et εἶδος.
ΓΙΓΓΛΥΜΟ'Σ, ῦ, ὁ, cardo januæ; (2) ossium quædam junctura instar vertebræ.

Γιγγλυμοῦσθαι, jungi velut cardine.
Γιγγλυμώδης, idem quod γιγγλυμοειδής.
Γιγγραίνω, f. ανῶ, cano tibia quæ gingras dicitur. A γίγγρας. Hinc
Γιγγραντὸς, ἡ, ὸν, qui ad gingras cantatur.
ΓΙ'ΓΓΡΑΣ, ου, ὁ, parvula quædam tibia lamentabilem sonum edens.
Γιγγρασμὸς, ῦ, ὁ, cantus, seu sonitus τῦ γίγγρυ.
Γίγνομαι, vide γίνομαι.
Γιγνώσκω, vide γινώσκω.
Γίνεσθαι, *fieri*, præs. inf. med. verbi γίνομαι.
Γίνετ', *fiebat*, 3. sing. imperf. ind. pass. *Ion.* et *per Apostr.* pro ἐγίνετο. A γίνομαι.
ΓΙ'ΝΝΟΣ, ου, ὁ, equuleus, equus parvulus; (2) fœtus asininus, vel equinus, qui in ventre matris corrumpitur, et inde membris depravatis nascitur.
ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, vel γίγνομαι, f. γενήσομαι, p. m. γέγονα, nascor, gignor; (2) orior; (3) sum, fio; (4) accido, evenio, contingo. Γίνεσθαι πρός τινος, μετά τινος, ab aliquo stare; ἀπό τινος, opponere; ἐπὶ πῆμα, incidere; ἐν ποιήσει, versari; ἐξ ἴσυ, æquare; τινὶ δι' ἔχθρας, inimicus esse; ἐπὶ ταύτης τῆς γνώμης, idem sentire; ἐπ' ἐλπίδος, sperare; ἐπὶ τῆς γῆς, appellere.
Γινώσκειν, præs. inf. act. *Dor.* pro γινώσκειν.
Γινώσκετε, *scitis*, 2. plur. præs. ind. act.
Γινώσκοντι, *Dor.* pro γινώσκυσι.
ΓΙΝΩ'ΣΚΩ, vel γιγνώσκω, f. γνώσομαι, p. ἔγνωκα, nosco, cognosco, agnosco, intelligo, novi; (2) meum agnosco; (3) approbo; (4) censeo, existimo, judico, statuo; (5) sentio; (6) coeo cum aliqua, *N. T.* Ἔγνως ἄνδρα δυστυχέστατον, *Aristoph. Thesm.* 9, 8. Ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμῦ ὁ Ζεὺς, statuit, *Luc.* (5) ἀλλὰ κρατεῖ μὴ γιγνώσκοντ' ἀπολέσθαι, *Eurip. Hippol.* 248.
Γλαγερὸς, ῦ, ὁ, et
Γλαγόεις, όεσσα, όεν, lacteus. A γλάγος.
Γλαγοπῆξ, ῆγος, qui lac concrescere facit, seu in quo lac concrescit. E seq. et πήγνυμι.
Γλάγος, εος, τὸ, lac. A γάλα.
Γλαγότροφος, ον, qui lacte alitur. A τρέφω.
Γλαγόφρων, lac habens, epith. uberis.
Γλαγόων, οντος, ὁ, lactescens et nondum satis adultus. A γλάγος.
Γλάζω, cano.
Γλακκάω, lacte plenus sum. A γλάξ.
Γλακτοφάγος, ον, pro γαλακτοφάγος, *Hom.*
Γλαμάω, ῶ, f. ήσω, gramia laboro, lippio. A
Γλάμη, ης, ἡ, gramia, lippitudo; (2) oculorum sordes. A λήμη, *lippitudo.*
Γλαμυξιάω, ῶ, idem quod γλαμάω. A
Γλάμυξος, ου, ὁ ϗ ἡ, epith. oculi cujus anguli scabri sunt, seu scabra lippitudine laborant. A γλάμη et μύξα (nisi υξος mera terminatio est).
Γλαμυρὸς, ρὰ, ρὸν, gramiosus, lippus.
Γλαμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem.
Γλάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem. A γλάμη.
ΓΛΑΝΙ'Σ, ίδος, ἡ, piscis quidam.
Γλανὸς, ὁ, Hyæna.
Γλὰξ, *antiq.* lac; (2) herba, *ap. Plin.*
Γλαρὶς, ίδος, ἡ, instrumentum fabrorum ad lapides poliendos, &c.
Γλαυκιάω, ῶ, *Poet.* γλαυκιόω, glaucis oculis terribiliter intueor; (2) glaucesco. A γλαυκὸς.
Γλαυκίδιον, τὸ, idem quod γλαυκίσκος, *Ath.*
Γλαυκίζω, f. ίσω, ad glaucum colorem accedo; (2) obtuse video. Ab eod.
Γλαύκιον et γλαυκίον, herba quædam; (2) avis a glaucis oculis nomen habens.
Γλαυκιόων, part. act. *Poet.* pro γλαυκιῶν.
Γλαυκίσκος, ου, ὁ, piscis quidam, qui et γλαυκίδιον. Ab eod.
Γλαυκόμματος, ου, ὁ ϗ ἡ, glaucos oculos habens, cæsius. Ex γλαυκὸς et ὄμμα.
ΓΛΑΥΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, glaucus, cæsius, cæruleus. Γλαυκὴ ὀπώρα, *Soph. Trach.* 703. Hinc
Γλαυκότης, ητος, ἡ, glaucus color.
Γλαυκοφεγγὴς, ὲς, cæruleum splendorem habens, *Diosc.*
Γλαυκόφθαλμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cæsiis est oculis.

Γλαυκοχαίτης, ου, ὁ ϗ ἡ, cæsiam jubam vel comam habens. Ex χαίτη.
Γλαυκόχροος, *contr.* γλαυκόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, glauci coloris. Ex χρόα.
Γλαυκόω, ῶ, cæsium reddo. A γλαυκὸς.
Γλαυκώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, noctuæ speciem gerens. Ab eod.
Γλαύκωμα, ατος, τὸ, vitium in oculo, glaucedo, suffusio, glaucoma. A γλαυκόω.
Γλαυκῶπις, ιδος, ἡ, cæsios habens oculos, vel truces, cujusmodi sunt oculi noctuæ, quæ avis Minervæ erat consecrata: Minervæ epith. Ex γλαυκὸς et ὤψ.
Γλαυκωπὸς, ῦ, ὁ ϗ ἡ, glaucis oculis præditus.
Γλαυκώψ, ῶπος, ὁ ϗ ἡ, idem.
Γλαύκωσις, εως, ἡ, idem quod γλαύκωμα.
Γλαὺξ, κὸς, ἡ, ulula, noctua. A γλαυκὸς.
Γλαύσσω, splendeo, cerno. Ab eod.
Γλάφυ, τὸ, spelunca, antrum, caverna. A γλάφω.
Γλαφυρῆσι, et γλαφυρῇς, *Ion.* pro γλαφυραῖς.
Γλαφυρία, ας, ἡ, elegantia, concinnitas. A
Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, cavus, profundus; (2) scitus, elegans, venustus; (3) lautus; (4) aptus, appositus. A γλάφω.
Γλαφυρῶς, *adv.* scite, eleganter, venuste.
ΓΛΑ'ΦΩ, f. ψω, cavo; (2) sculpo.
Γλευκαγωγὸς, ῦ, ὁ ϗ ἡ, mustum vehens. Ex γλεῦκος et ἄγω, *fero, veho.*
Γλεύκινος, ίνη, ινον, musteus. A
ΓΛΕΥ͂ΚΟΣ, εος, *contr.* γλεύκυς, τὸ, mustum, decoctum, defrutum; (2) dulce, *h. e.* potus quilibet dulcis factitius.
Γλεῦξις, εως, ἡ, idem.
Γλευκοπότης, ου, ὁ, musti seu dulcioris potionis amans.
Γλήμη, ης, ἡ, lippitudo. A λήμη.
Γλήνεα, ων, τὰ, res ornatæ, pretiosæ, spectaculo dignæ. A γλήνη.
ΓΛΗ'ΝΗ, ης, ἡ, pupilla oculi; (2) oculus; (3) pupa; (4) puella; (5) cavitas ossis quæ aliud os recipit, *item* favus.
Γλῆνος, εος, τὸ, stella; (2) lumen. A γλήνη.
ΓΛΗ'ΧΩΝ, ῶνος, ἡ, pulegium, herba. *Angl.* PENNYROYAL. Hinc
Γληχωνίτης, ου, ὁ, sc. οἶνος, vinum e pulegio confectum.
ΓΛΙ'Α, ας, ἡ, gluten.
ΓΛΙ͂ΝΟΣ, seu γλεῖνος, genus aceris campestris, gallica.
Γλισχραίνω, f. ανῶ, viscosum sive lentum reddo. A γλίσχρος.
Γλισχραντιλογεξεπίτριπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, homo ineptæ et odiosæ contumaciæ, deorum ira et internecione dignus, quod ob res nauci multum et pertinaciter obloquitur et contendit. Ex γλίσχρος, ἀντιλογία, ἐξ, et ἐπίτριπτος. Vox comica.
Γλίσχρασμα, ατος, τὸ, viscositas. A γλίσχρος.
Γλισχρεύομαι, fut. εύσομαι, parcus et tenax sum:
Γλισχρία, ίας, ἡ, miseria. Ab eod.
ΓΛΙ'ΣΧΡΟΣ, ρα, ρον, lentus, viscosus, tenax, glutinosus; (2) lubricus; (3) tenax, parcus; (4) strictus; (5) jejunus; (6) valde sordidus; (7) ærumnosus; (8) gulosus; (9) suavis; (10) humilis; (11) adulator.
Γλισχρότης, ητος, ἡ, viscositas, lentor, tenacitas; (2) lubricitas; (3) parcitas, avaritia, sordes. A γλίσχρος.
Γλισχρόχολος, ον, glutinosus et biliosus; γλισχρόχολα, excrementa glutinosa et biliosa. Ex χολὴ, *bilis.*
Γλισχρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lentus, tenax, viscosus:
Γλίσχρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui aliquid discupit; (2) infelix, infortunatus:
Γλίσχρως, *adv.* tenaciter, more viscosorum; (2) lubrice; (3) parce, tenuiter; (4) vix, difficulter, ægre. A γλίσχρος.
ΓΛΙ'ΧΟΜΑΙ, cupio, adfecto, appeto. Γλίχεσθαί τινος, τί, περί τινος. Τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεσθαι, *Aristot.*
Γλοιάζω, oculos sensim claudo, conniveo.
Γλοιὰς, άδος, ἡ, equa maligno ingenio, *item*, femina.
Γλοίης, ητος, ὁ, malignus. A

ΓΛΟΙΟ'Σ, ȣ, ὁ, invalidus; (2) sordidus; (3) malignus, malis imbutus moribus; *Subst.* (4) sordes olei, strigmenta.

Γλοιόω, ῶ, f. ώσω, lentum et viscosum reddo; *Pass.* lentesco, viscosus fio. A præc.

Γλοιώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, glutinosus, viscidus.

Γλοιωδῶς, *adv.* more eorum qui nutant capite inter dormiendum; (2) connivendo.

Γλȣρὸς, ȣ, ὁ, aurum (Phrygia vox). Εἰς γὰρ βωμὸν ὀρῆς με μήτε γλȣρῷ πλίνθοις, *Dosiad. Ara.* 1, 7.

Γλȣ́τια, ων, τὰ, naticulæ, corpora duo dura in cerebro ad latera illius eminentia. A

ΓΛΟΥΤΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, nates, clunes.

Γλυκάζω, f. άσω, dulce reddo; (2) dulcesco, dulcem saporem imitor. A γλυκύς. Hinc

Γλυκαίνω, f. ανῶ, idem: et hinc

Γλύκανσις, εως, ἡ, qu. dic. dulcificatio.

Γλύκασμα, ατος, τὸ, dulcedo. A γλυκάζω.

Γλυκασμὸς, ȣ̃, ὁ, idem et ab eod.

Γλυκεροῖο, *dulcis*, gen. sing. *Ion.* pro γλυκερȣ̃.

Γλυκερὸς, ρὰ, ρὸν, dulcis. A γλυκύς.

Γλυκεροσταφύλος, dulces uvas efficiens. Γλυκεροσταφύλῳ φθινοπώρῳ, *Oppian. Cyneget.* 1, 464.

Γλυκερόχρως, ὁ ϰ ἡ, formosus, tener.

Γλυκόεις, όεσσα, όεν, subdulcis.

Γλυκύδακρυς, υος, ὁ ϰ ἡ, dulces fundens lacrymas. Ex γλυκὺς et δάκρυ.

Γλυκυδερκὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, dulce videns aut adspiciens, qui dulcis adspectus est.

Γλυκύδωρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui suavia vel dulcia largitur. Ex γλυκὺς et δῶρον.

Γλυκυηχὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, dulcisonus. Ab ἠχέω.

Γλυκυθυμία, ας, ἡ, animi hilaritas. A

Γλυκύθυμος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, exhilarans; (2) delicatus; (3) placido et miti animo præditus.

Γλυκύκαρπος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, dulcem fructum ferens.

Γλυκυκρέω, dulcem carnem habens.

Γλυκυμείλιχος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, dulciter mitis, dulciloquus. Ex

Γλυκύμηλον, ȣ, τὸ, malum prædulce.

Γλυκυπάρθενος, ον, virginea suavitate præditus.

Γλυκύπικρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, dulcedinem amaritudini permixtam habens.

Γλυκύπνοος, ον, dulce spirans, *Cyr.*

Γλυκύῤῥιζα, ης, ἡ, dulcis radix, glycyrrhiza. *Angl.* LIQUORICE.

Γλυκύῤῥιζον, ȣ, τὸ, idem.

Γλυκύῤῥοος, ον, dulcifluus, *Cyr.*

ΓΛΥΚΥ'Σ, εῖα, ὺ, dulcis; (2) jucundus; (3) mollis, clemens; γλυκεῖα, *subst.* de radice dulci.

Γλυκυσίδη, Glycyside, pæonia.

Γλυκύστρυφνος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, sapore dulci simul et acerbo præditus.

Γλυκύτης, ητος, ἡ, dulcedo.

Γλυκυτράχηλος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, dulcem, *i. e.* mollem, pulcram cervicem habens.

Γλυκύφθογγος, ον, dulce sonans.

Γλυκυφωνία, ας, ἡ, dulcis vox, cantus dulcis:

Γλυκύφωνος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, cui dulcis est vox.

Γλυκύχυλος, ον, dulcem succum habens.

Γλύμμα, ατος, τὸ, scalptura, cælatura, quod sculptum est, opus cælatum. A γλύφω.

Γλυπτὴρ, ῆρος, ὁ, scalptor, cælator.

Γλύπτης, ȣ, ὁ, idem et ab eod.

Γλυπτὸς, ὴ, ὸν, scalptus.

Γλύσσων, a γλυκίων, pro γλυκύτερος, a γλυκὺς, *Arist.*

Γλυφάνοιο, gen. sing. *Ion.* pro γλυφάνȣ. A

Γλύφανον, ȣ, τὸ, scalprum, instrumentum ferreum quo metalla scalpuntur et cælantur.

Γλύφανος, ȣ, ὁ, scalptura, cælatura; (2) idem quod

Γλυφεῖον, ȣ, τὸ, scalprum.

Γλυφεὺς, έως, ὁ, scalptor.

Γλυφὴ, ῆς, ἡ, scalptura, cælatura.

Γλυφὶς, ίδος, ἡ, incisura et crena sagittæ; (2) sagitta ipsa; (3) sculptura. Χαλκήρησιν ἐπὶ γλυφίδεσσιν ἀρήρει, *Apoll. Rhod.* 3, 218. (2) ȣ̓χ ὁρᾶθ' ἑκηβόλων τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξωρμημένας, *Eurip. Or.* 273.

Γλύφω, f. ψω, scalpo, cælo. A γλάφω.

Γλώχες, αἱ, spicæ seu aristæ, *Hes. Scut.* 398. Al. περιγλῶχες.

ΓΛΩ͂ΣΣΑ, *Attice* γλῶττα, ης, ἡ, lingua; (2) dicendi facultas; (3) sermo unicuique genti peculiaris; (4) vocabulum peregrinum obscurum et exoletum; (5) lingua seu lingula tibiæ; (6) calceamentorum vincula.

Γλωσσαλγέω, ῶ, f. ήσω, lingua doleo; (2) lingua prurio, continere os a loquendo non possum.

Γλωσσαλγία, ας, ἡ, linguæ dolor; (2) linguæ prurigo; (3) loquax maledicentia. (3) τὴν σὴν στόμαργον γλωσσαλγίαν, *Eurip. Med.* 525. Ex ἄλγος.

Γλωσσαργία, ας, ἡ, garrulitas, loquacitas. A

Γλωσσαργὸς, ȣ, ὁ ϰ ἡ, garrulus, locutuleius, blatero, nugator. Ex γλῶσσα et ἀργός.

Γλωσσάριον, ȣ, τὸ, lingula, Dim. A γλῶσσα.

Γλωσσάσπις, ιδος, ὁ ϰ ἡ, qui lingua pro clypeo utitur, qui sua se defendit facundia.

Γλωσσηματικὸν, ȣ̃, τὸ, vocabulum peregrinum aut rarum, explicatione indigens.

Γλωσσηματικῶς, voce antiqua, rara, exquisita.

Γλωσσογάστωρ, ορος, ὁ, qui linguæ ministerio ventrem alit, qui lingua victum quærit.

Γλωσσογράφος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui de glossarum interpretatione scribit. Ex γράφω.

Γλωσσοειδὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, linguæ similis.

Γλωσσοκάτοχος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, linguam continens. Ex κατέχω, *contineo.*

Γλωσσοκομεῖον, ȣ, τὸ, vas quod lingulas tibiarum recipit; (2) receptaculum quodvis. A

Γλωσσόκομον, ȣ, τὸ, theca condendis lingulis tibiarum idonea; (2) loculus cui Ægyptii includebant cadavera condita; (3) marsupium; (4) arca in templo collocata, in quam conjiciebatur pecunia. Ex κομέω, *curo.*

Γλωσσοκρατέω, ῶ, f. ήσω, linguam coerceo, taceo.

Γλωσσομανία, ἡ, linguæ incontinentia, petulantia, &c.

Γλωσσοστροφέω, ῶ, f. ήσω, linguam agiliter verso, blatero. A στρέφω.

Γλωσσότμητος, ȣ̃, ὁ ϰ ἡ, cui lingua præcisa est. A τέμνω, *scindo, seco.* Unde

Γλωσσοτομέω, ῶ, f. ήσω, linguam amputo: vel simpl. aufero. Οὐ γὰρ παρὰ τȣ̃το τὸν λογισμὸν ἡμῶν γλωσσοτομήσεις, *Joseph. Maccab.* 10.

Γλωσσοχαριτέω, ῶ, f. ήσω, lingua blandior, oratione gratificor. A χάρις, *gratia, blanditiæ.*

Γλωσσώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, lingulatus; (2) linguæ similis; (3) linguax, locutuleius.

Γλῶττα, ης, ἡ, vide γλῶσσα· (2) ἐπιστεύθη ἐκ βασιλέως τὴν τȣ̃ ταμιεῖȣ γλῶτταν, ab imperatore fisci advocatus constitutus est, *Philostr. Vit. Soph.* 2, 29, 621. Αὐτή τε ἀττικίσεις, εἰ παρὰ τὴν Ἡρώδȣ γλῶσσαν βασανίζοιτο, *Idem*, 2, 3, 568. Ἡρώδειω γλῶσσαν δέ τε μιν καλέȣσιν Ἀθῆναι, illum linguam Herodis vocant Athenæ. Herodis lingua cognominatus est, quod dicendi virtute maxime similis esset patri. *Dedicatio Statuæ Regillæ*, 37.

Γλωττικὸς, ὴ, ὸν, ad linguam pertinens.

Γλωττισμὸς, ȣ̃, ὁ, et γλώττισμα, ατος, τὸ, osculum, quo linguæ basiantium se contingunt mutuo. Ab eod.

Γλωττοδεψέω, ῶ, fello, ore morigeror.

Γλωττόκομον, ȣ, τὸ, idem quod γλωσσόκομον.

Γλοττοποιέω, verba fingo, formo, sed talia fere qualia philosophi solent.

Γλωττοστροφέω, ῶ, idem quod γλωσσοστροφέω.

ΓΛΩΧΙ'Ν, ῖνος, ὁ, cuspis teli, angulus, acies.

Γλωχὶς, ῖνος, ὁ, idem.

Γναθμὸς, ȣ̃, ὁ, mala, maxilla. A

ΓΝΑ'ΘΟΣ, ȣ, ἡ, mala, maxilla; (2) dentes; (3) bucca. Hinc

Γναθόω, ῶ, f. ώσω, cædo in malas.

Γνάθων, ωνος, ὁ, parasitus, qui buccas inflatas cædendas dat.

Γναμπτοῖσι, dat. pl. *Ion.* pro γναμπτοῖς. A

Γναμπτὸς, ὴ, ὸν, incurvus, flexibilis. A

Γνάμπτω, et γνάπτω, f. ψω, inflecto, carpendo vel vellicando polio, mollio, carmino. A κάμπτω.

Γνάπτωρ, ὁ, politor, *Man.* A γνάπτω.

Γναφάλιον, ȣ, τὸ, herba, cujus foliis nonnulli pro gnaphalo utuntur. A

Γνάφαλον, ȣ, τὸ, floccus fullonico carduo detractus e panno inter pectendum; (2) tomentum, quod culcitris infarcitur. A γνάπτω.

Γναφαλώδης, ες, mollis, lanuginosus, in modum τȣ̃ γναφάλȣ, *Diosc.*

Γναφεῖον, ȣ, τὸ, officina fullonis. A

Γναφεὺς, έως, ὁ, fullo; (2) piscis quidam.

Γναφευτικὴ, sc. τέχνη, ης, ἡ, fullonica, sc. ars.

Γναφευτικὸς, ὴ, ὸν, ad fullones pertinens.

Γναφεύω, fullonicam exerceo. A γναφεύς.

Γναφικὸς, ὴ, ὸν, fullonicus, *Ep.*

Γνάφος, ȣ, ὁ, carduus fullonis. A γνάπτω.

Γνάψις, εως, ἡ, politio quæ fit a fullonibus carpendo et vellendo. Ab eod.

Γνήσιος, ία, ιον, vel γνήσιος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, legitime genitus; (2) genuinus, sincerus. (2) φρονȣ̃ντα γνήσια, liberalia sentientem, *Eur. Hipp.* 309. A γίνομαι. Hinc

Γνησιότης, ητος, ἡ, sinceritas, germanitas.

Γνησίως, *adv.* legitime, genuine. Ab eod.

Γνοίην, 1. sing. a. 2. opt. v. γινώσκω.

Γνȣ̃ς, *sciens*, a. 2. part. act. verbi ejusd.

Γνόφαλλον, τὸ, idem quod γνάφαλον, *Alcæ.*

Γνοφερὸς, ρὰ, ρὸν, tenebrosus, caliginosus, v. sequent.

Γνοφέω, ῶ, f. ήσω, obtenebro.

ΓΝΟ'ΦΟΣ, ȣ, ὁ, caligo, tenebræ; (2) turbo.

Γνοφόω, ῶ, f. ώσω, obtenebro. A præc.

Γνοφώδης, εος, ὁ ϰ ἡ, caliginosus. Ab eod.

Γνύθος, εος, τὸ, specus. Δίκελλη πᾶν μεταλλεύων γνύθος, *Lycophr.* 485.

Γνὺξ, *adv.* genu flexo. A γόνυ, *genu.*

Γνῶ, *cognovit*, 3. sing. a. 2. ind. act. *Ion.* et *Poet.* pro ἔγνω, a verbo γινώσκω.

Γνῶμα, ατος, τὸ, indicium, documentum. Τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον, *Herodot.* 7, 52. Ὡς δὲ, εἰ δοκεῖς ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη, *Soph. Trach.* 992.

Γνώμας, *mentis*, gen. sing. *Dor.* pro γνώμης. A γνώμη, *mens.*

Γνωμάτευμα, τὸ, decretum, judicium. A

Γνωματεύω, f. εύσω, sententiose loquor; (2) dignosco, judico. A γνώμη.

Γνώμεναι, a. 2. inf. act. *Dor.* pro γνῶναι.

Γνώμη, ης, ἡ, sententia, mens; (2) voluntas; (3) consilium; (4) sententia, seu dictum aliquod insigne; (5) rogatio ad populum, relatio ad senatum; (6) senatus auctoritas, sc. cum intercesssione tribuni senatus consultum impeditur. Ἄνευ γνώμης γὰρ ȣ̓ με χρὴ λέγειν, non enim, nisi re cognita, me decet loqui, *Soph. Œd. Col.* 594. Δύσφορος γνώμη, imago falsa, *Id. Aj.* 51. A γινώσκω.

Γνωμηδὸν, *adv.* per singulorum sententias:

Γνωμίδιον, ȣ, τὸ, sententiola, Dim.

Γνωμικὸς, ὴ, ὸν, sententiosus. A γνώμη.

Γνωμοδοτέω, ῶ, f. ήσω, consilium do, sententiam pronuncio. Ex γνώμη et δίδωμι.

Γνωμολογέω, ῶ, f. ήσω, sententiose dico, sententias loquor. A γνωμολόγος. Unde

Γνωμολογία, ας, ἡ, dictio sententiæ; (2) sententiarum collectio.

Γνωμολογικὸς, ὴ, ὸν, sententiis utens.

Γνωμολογικῶς, sententiose.

Γνωμολόγος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, sententiis frequenter utens; (2) collector rhapsodiarum præcepta morum complectentium. Ex γνώμη et λέγω.

Γνωμονικὸς, ὴ, ὸν, peritus, sciens, doctus; (2) ad sciatherica pertinens. Hinc ἡ γνωμονικὴ, sc. τέχνη, gnomonica, quæ est ars conficiendi solaria. A γνώμων.

Γνωμονικῶς, *adv.* gnomonice.

Γνωμοσύνη, ἡ, scientia, acumen judicii.

Γνωμοτυπέω, sententiis acutis utor. Hinc

Γνωμοτυπικὸς, ὴ, ὸν, frequens acutis sententiis

Γνωμότυπος, ον, cum consilio excusus, seu fabricatus, *Ar.* A γνώμη et τύπτω.

Γνώμων, ονος, ὁ ϰ ἡ, cognitor; (2) index, nempe, v. gr. in horologio; (3) norma, amussis; (4) dens, ætatis index. A γινώσκω.

Γνῶναι, a. 2. inf. act. verbi γινώσκω.

Γνωριζέσθω, 3. sing. præs. imperat. pass. A

Γνωρίζω, f. ίσω, noscito, agnosco, cognosco; (2) probo, exploro; (3) notum facio, indico; (4) in memoriam revoco, *in N. T.* (5) commendo. Γνωρίζειν τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ τινές εἰσι, *Isoc.* γνωρίζεσθαι πρός τινος, *ab Luc.* (5) Φλαμινῖνε δὲ αὐτὸν τῇ βουλῇ γνωρίζοντος ἰσχυρῶς, *Appian. Macedon. Eclog.* 7, 4.

Γνώριμος, ου, ὁ καὶ ἡ, notus; (2) familiaris; (3) clarus, celebris; (4) discipulus. A γνωρίζω.

Γνωρίμως, *adv.* familiariter.

Γνώρισμα, ατος, τὸ, indicium, nota; (2) proprietas; (3) insigne, ornamentum, decus.

Γνωρισμὸς, οῦ, ὁ, agnitio e signis, &c.

Γνωριστικὸς, ἡ, ὸν, notitiam præbens, indicans.

Γνωριῶ, *notum faciam*, 1. sing. f. 1. ind. act. *Att.* pro γνωρίσω, a verbo γνωρίζω.

Γνώσαι, 2. sing. f. 1. ind. med. *Ion.* pro γνώσεσαι.

Γνώσῃ, 2. sing. f. 1. ind. med. *Att.* et *Ion.* pro γνώσεσαι, a γινώσκω.

Γνωσθεὶς, *cognitus*, a. 1. part. pass.

Γνωσθήτω, *notum sit*, 3. sing. a. 1. imperat. pass.

Γνωσιμαχέω, ῶ, f. ήσω, fluctuo animo, repugno sententiæ meæ eamque muto, pœnitentiam ago, resipisco. Ex γνῶσις et μάχομαι.

Γνωσίμαχος, inimicus scientiæ; nomen hæreticorum. Ex iisd.

Γνῶσις, εως, ἡ, cognitio, notitia; (2) cognitio judicis; (3) scientia, doctrina, sapientia; (3) coitus cum femina, *Hebr.* A γινώσκω.

Γνώσομαι, 1. sing. f. 1. ind. med. v. γινώσκω.

Γνώστης, ου, ὁ, divinator, ariolus. Ab eod. Hinc

Γνωστικὸς, ἡ, ὸν, cognoscendi facultate præditus. Hinc οἱ γνωστικοὶ, qui in mysteria Dei altius quam cæteri se penetrasse credebant, (iique vel Christiani recte sentientes, ut *ap. Cl. Al.* vel hæretici, *ap. Epiphan.* Ern.)

Γνωστὸς, ἡ, ὸν, notus, cognitus; (2) amicus.

Γνωστὴ, ῆς, ἡ, soror. A

Γνωτὸς, οῦ, ὁ, notus; (2) consanguineus, propinquus, frater; (3) nobilis, clarus. (3) ἴσθι δ' ἐκ χάρτα βοῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνὴρ, *Soph. in Inacho.* A γινώσκω.

Γνωτοφόντις, ἡ, intersectrix fratris propinqui.

Γνώτω, *noscito*, 3. sing. a. 2. imperat. act.

Γνῶσι, 3. pl. a. 2. conj. act. *Poet.* γνῶσι.

Γοάοντι, 3. pl. præs. ind. act. *Dor.* pro γοάουσι.

ΓΟΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, et γοάομαι, ῶμαι, gemo, deploro, defleo. Γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες, *Aristoph. Thesm.* 1045.

Γόγγρος, ου, ὁ, congrus vel conger, piscis; (2) arborum tuberculum rotundum, olivæ simile.

Γογγροειδὴς, ἐς, congro similis. Ab εἶδος.

Γογγροκτόνος, ὁ, qui congrum occidit. A κτείνω.

Γογγρώνη, ης, ἡ, tumor gutturis, aliarumque nervosarum partium. A γόγγρος.

Γογγύζω, f. ύσω, murmuro, musso.

Γογγύλευμα, ατος, τὸ, coagmentum rotundum, opus teres, orbis. A

Γογγυλεύω, f. εύσω, rotundo, rotundum efficio.

Γογγυλέω, ῶ, f. ήσω, idem. A γογγύλος.

Γογγύλη, ης, ἡ, rapum rotundum, *Angl.* TURNIP; (2) maza rotunda. Γογγύλην μεμαγμένην, *Aristoph. Pac.* 28. Ab eod.

Γογγυλίδιον, ου, τὸ, rapulum; (2) pilulæ minutæ. Dim. a γογγύλη.

Γογγυλίζω, f. ίσω, idem quod γογγυλεύω.

Γογγύλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod γογγύλος.

Γογγυλὶς, ίδος, ἡ, rapa. A

Γογγύλος, η, ον, rotundus. Idem quod στρογγύλος.

Γογγυλόσκηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, tabernaculum, seu domicilium habens rotundum. A σκηνή.

Γογγυλωπὸς, ἡ, ὸν, qui rotunda est facie, rotundus visu seu adspectu. Ex ὤψ.

Γογγυσμὸς, οῦ, ὁ, murmur, mussitatio, fremitus.

Γογγυστὴς, οῦ, ὁ, murmurator. A γογγύζω.

Γογγυστικὸς, ἡ, ὸν, ad murmurationem propensus.

Γοέδνος, ον, qu. dic. luctu dotatus, lugens. Ex γόος et ἕδνον.

Γοερὸς, ρὰ, ρὸν, lugubris, flebilis, lamentabilis.

Γοερῶς, lamentabiliter.

Γοήμεναι, præs. inf. act. *Dor.* pro γοῆναι, a γόημι, *gemo.*

Γοήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, gemibundus, lamentabilis. Ab eod.

Γοηπλανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. luctivagus. (Vel potius ad modum circulatoris vagabundus. A seq. et πλάνος, *Ern.*)

ΓΟ'ΗΣ, ητος, ὁ, incantator, præstigiator; (2) impostor quivis. Hinc

Γοητεία, ας, ἡ, præstigiæ, incantamentum:

Γοήτευμα, ατος, τὸ, idem:

Γοητευτικῶς, incantandi, fascinandi caussa:

Γοητεύω, f. εύσω, incanto, fascino, incantatione et præstigiis decipio; (2) illicio, pellicio. Ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες, *Plat.*

Γοητικὸς, ἡ, ὸν, idem quod γόης.

Γόμος, ου, ὁ, onus navis; (2) merces. A γέμω.

Γομοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, sarcinarius. Ex φέρω.

Γομόω, ῶ, f. ώσω, onero. A γόμος.

Γομφάριον, ου, τὸ, parvus clavus; (2) piscis quidam.

Γομφίασις, εως, ἡ, idem quod

Γομφιασμὸς, οῦ, ὁ, stridor vel stupor dentium.

Γομφιόδουπος, ον, circa molares dentes strepens, *Ep.*

Γομφίος, ου, ὁ, dens molaris. A γόμφος.

Γομφόδετος, ον, clavis firmatus. A δέω.

Γομφοπαγὴς, ἐς, idem; (2) accuratus, exquisitus. A πήγνυμι.

ΓΟ'ΜΦΟΣ, ου, ὁ, cuneus; (2) clavus; (3) piscis quidam. Hinc

Γομφοτήριον, ου, τὸ, clavus ligneus, id quo fit coagmentatio, *Steph.* clavus.

Γομφότομος, ου, ὁ, clavis fixus. A τέμνω.

Γόμφωμα, ατος, τὸ, coagmentatio per clavos:

Γόμφωσις, εως, ἡ, idem:

Γομφωτὴρ, ῆρος, ὁ, coagmentator, fabricator:

Γομφωτικὸς, ἡ, ὸν, pertinens, aptus ad fabricandum, struendum:

Γομφωτὸς, ἡ, ὸν, coagmentatus, compactus. A

Γομφόω, ῶ, f. ώσω, clavis compingo; (2) compingo quovis modo. A γόμφος.

Γονατίζω, f. ίσω, genua flecto; (2) in genua procumbere facio. A γόνυ.

Γονάτιον, ου, τὸ, geniculum. Dim. ab eod.

Γονατόδεσμος, ου, ὁ, periscelis.

Γονατόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, geniculor, in geniculum nodor.

Γονατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, geniculatus, geniculis cinctus, nodis geniculatus.

Γονεία, ας, ἡ, fœtificatio. A γονεύς.

Γονεῖς, *parentes*, nom. pl. *contr.* pro γονέες. A

Γονεὺς, έως, ὁ, parens. A

Γονὴ, ῆς, ἡ, genitura; (2) semen genitale; (3) fœtus, soboles.

Γονῆος, gen. sing. *Ion.* pro γονέος, a γονεύς.

Γόνιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, genitalis; (2) fœcundus; (3) generosus. Ab eod. Hinc

Γονίμως, *adv.* fœcunde:

Γονιμότης, ητος, ἡ, fœcunditas:

Γονιμώδης, ῶδες, fœcundus. A

Γονοειδὴς, ἐς, semini humano similis.

Γονόεις, όεσσα, όεν, fœcundus, fertilis. A γόνος.

Γονοποιέω, fœtifico.

Γονοποιΐα, ας, ἡ, fœtura, fœtificatio.

Γονόῤῥοια, ας, ἡ, seminis genitalis profluvium.

Γονόῤῥοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui seminis fluxum patitur. Ex γόνος et ῥέω, *fluo.* Unde

Γονοῤῥύα, idem quod γονόῤῥοια.

Γονοῤῥυὴς, ου, ὁ, idem quod γονόῤῥοιος.

Γονοῤῥυέω, ῶ, f. ήσω, fluxum seminis patior.

Γόνος, ου, ὁ, soboles, proles; (2) generatio; (3) genus; (4) genitura, semen. Ab *ant.* γένω.

Γονὸς, οῦ, ὁ, locus, vel solum fertile. Ab eod.

ΓΟ'ΝΥ, υος, et γόνατος, et *Poet.* γουνὸς, τὸ, genu; (2) internodium.

Γονυαλγὴς, ὁ καὶ ἡ, genuum dolore laborans.

Γονυκλινέω, ῶ, f. ήσω, genu flecto. A

Γονυκλινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, genua flectens. Ex γόνυ et κλίνω, *flecto.*

Γονυκλισία, ας, ἡ, genuflexio, supplicatio quæ fit genibus flexis. Ex γόνυ et κλίσις.

Γονύκροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui genua trepidant; (2) timidus; (3) cinædus, mollis.

Γονυπετέω, ῶ, f. ήσω, ad genua accido. A

Γονυπετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, accidens ad genua alicujus. Γονυπετεῖ σ' ἕδρα προσπιτνῶ, *Eurip. Phœn.* 300. Ex πίπτω pro πίτω.

Γοοπλανὴς, ἐς, luctivagus, *Nonn.*

Γόος, ου, ὁ, luctus. A γοάω.

Γοργεῖος, εία, εῖον, Gorgonius. A Γοργώ.

Γοργεύω, f. εύσω, gradum cito, festino. A γοργός.

Γοργιάζω, Gorgiæ dictionem et artificia imitor.

Γοργόνειος, α, ον, γοργόνειος, et γοργονώδης, idem quod γοργεῖος.

Γοργολόφα, ης, ἡ, galeam habens ex capite Gorgonis, caput Gorgonis in cono galeæ gestans. Ex Γοργὼ et λόφος.

Γοργολόφας, ου, ὁ, idem et ex iisd.

Γοργόνωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, in tergore Gorgonis caput pictum habens. Ex Γοργὼ et νῶτος.

Γοργόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, agilem et acrem me præbeo; (2) ferocio, efferor. A

ΓΟΡΓΟ'Σ, ἡ, ὸν, acer, vividus; (2) torvus.

Γοργότης, ητος, ἡ, torvitas; (2) strenuitas; (3) in oratione, genus dicendi incitatum. A præc.

Γοργοῦς, *Gorgonis*, gen. sing. *contr.* pro Γοργόος, a nom. Γοργώ, *Gorgo.*

Γοργόφθαλμος, idem quod γοργῶπις.

Γοργοφόνη, ης, ἡ, Gorgonis interfectrix.

Γοργοφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, interfector, vel idem.

Γοργύρα, canalis subterraneus per quem aqua effluit; fossa subterranea; carcer subterraneus. Ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο, *Herodot.* 3, 145.

Γοργὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, celeritas; (2) Gorgo, una filiarum Phorci, Medusa scilicet, vel Stheno, vel Euryale, quæ junctim Γοργόνες dicuntur. A

Γοργὼν, όνος, ὁ, idem; (2) animal noxium in Africa.

Γοργώδης, ες, idem quod γοργεῖος.

Γοργῶπις, ιδος, ἡ, adspectu horrenda, ut Gorgo.

Γοργωπὸς, οῦ, ὁ, adspectu horrendus, ut Gorgo.

Γοργὼψ, ὁ καὶ ἡ, idem, *Ern.*

Γοῦν, igitur; (2) certe, quidem; (2) saltem; (4) etiam. Ex γὲ et οὖν.

Γουνάζομαι, f. άσομαι, genua amplectens oro. Τῶν ὕπερ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων, *Il.* 15, 665. A γόνυ.

Γούνατα pro γόνατα, acc. pl. *Ion.* pro γόνατα.

Γουναλγὴς, ἐς, idem quod γονυαλγής.

Γούνασμα, ατος, τὸ, supplicatio. A γουνάζομαι.

Γουνοῖσιν, dat. pl. *Ion.* pro γουνοῖς. A γουνός.

Γουνόομαι, οῦμαι, genua amplector supplex.

Γουνοπαχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, genua pinguia, tumida habens. Ex γόνυ et παχύς.

Γουνὸς, ἡ, ὸν, fertilis; (2) *substantive* solum fertile vel ferax, pro γόνος.

Γούνων, gen. pl. *Ion.* pro γονύων, a γόνυ.

Γόω, idem quod γοάω, *Hom.*

Γοώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lugubris. A γοάω.

Γοῶσα, *contr.* pro γοάουσα, a γοάω.

Γραβδὴν, *adv.* expresse, quasi depictim. A γράφω.

ΓΡΑ'ΒΙΟΝ, ου, τὸ, tædæ genus.

ΓΡΑΙ'ΓΑ, ας, ἡ, anus, vetula; (2) cutis circa umbilicum, quia in ea rugæ senectutem indicant; (3) una Γραιῶν, quæ certæ Deæ gentilium erant. *Hes.* Ceres.

Γραία, ας, ἡ, arca panaria. A γράω, *edo.*

Γραΐδιον, ου, τὸ, anicula. Dim. a γραῖα.

Γραικίτης, ὁ, Græcus, *Lycurg.*

Γραϊκὸς, ἡ, ὸν, anilis.

ΓΡΑΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, Græcus. Unde γραικῶς.

Γραιόομαι, οῦμαι, anus fio, senesco. A γραῖα.

Γραῒς, ΐδος, ἡ, anus.

Γράμμα, ατος, τὸ, litera, scriptum; (2) *antiq. pro* libro; (3) scriptum quodcunque, ut tabulæ publicæ, leges, libri rationum, &c. et *in plurali* (4) epistola, literæ; (5) literæ, doctrina; (6) acta publica, tabulæ; (7) chirographum. Hinc

Γραμμάριον, ου, τὸ, scrupulum, vigesima quarta pars unciæ.

Γραμματεία, ας, ἡ, scriptura, literatura.

Γραμματεῖον, ου, τὸ, tabella, libellus, codicillus, album; (2) volumen quodcunque; (3) testamentum, testamenti exemplum; (4) chirographum, cautio; (5) ludus literarius;

rius; et *in plural.* (6) acta et documenta publica; (7) rationes argentarii. A

Γραμματεὺς, έως, ὁ, scriba; (2) magistratus nomen, variæ in variis civitatibus potestatis; (3) *in S. libr.* legis divinæ interpres, theologus.

Γραμματεύω, f. εύσω, sum scriba, scribæ munus gero. A præc.

Γραμματίδιον, ου, τὸ, epistolium *impr.* amatorium; (2) schedula testificantis; (2) tabella, libellus. Dim. a γράμμα.

Γραμματίζω, f. ίσω, literas, initia linguæ trado, *i. e.* legendi et scribendi scientiam.

Γραμματικεύομαι, fut. εύσομαι, grammaticum seu literatorem ago, seu interpretem poetarum:

Γραμματικὴ, ῆς, ἡ, grammatica, sc. ars. A

Γραμματικὸς, ἡ, ὸν, literator, grammaticus; (2) calculo, numeris tractandis peritus.

Γραμματικῶς, *adv.* grammatice.

Γραμμάτιον, ου, τὸ, idem quod γραμματίδιον.

Γραμματιστὴς, οῦ, ὁ, grammaticæ præceptor. A γραμματίζω.

Γραμματοδιδασκαλεῖον, ου, τὸ, ludus literarius.

Γραμματοδιδάσκαλος, ου, ὁ, qui literas docet, ludi literarii magister.

Γραμματοεισαγωγεὺς, έως, ὁ, publicarum literarum promulgator; (2) literarum doctor.

Γραμματόκον (μέλασμα), atramentum, *Ep.* A τίκτω.

Γραμματοκύφων, ονος, ὁ, pueros docens, sc. legere vel scribere (vilis et contemptibilis ut γραμματιστής). Ex κύφων, a κύπτω.

Γραμματολικριφίδεις, οἱ, literarum depravatores, *Ep.*

Γραμματοφορέω, ῶ, fut. ήσω, literas fero. A

Γραμματοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, tabellarius.

Γραμματοφυλάκιον, ου, τὸ, locus ubi scripta publica adservantur. Ex φυλακή.

Γραμμὴ, ῆς, ἡ, linea; (2) carceres sive initium curriculi, quod olim ducta linea notabatur; (3) *pl.* tabula, in qua latrunculis ludebatur. A γράφω. Hinc

Γραμμίζω, fut. ίσω, latrunculis ludo.

Γραμμικὸς, ἡ, ὸν, linearis; (2) linearum peritus. Ab eod.

Γραμμισμὸς, οῦ, ὁ, ludus latrunculorum. A γραμμίζω.

Γραμμοποίκιλος, ον, lineis variis distinctus, virgatus, scutulatus.

Γραμμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lineæ similis.

Γραολογία, ἡ, aniles nugæ, fabulæ aniles.

Γραοπρεπὴς, ὲς, aniculas decens, anilis.

Γραοσόβης, ου, ὁ, qui vetulas abigit, *proprie* ab emendis piscibus. Vox comica. A σοβέω.

Γραόφιλος, ὁ, aniculæ amans.

Γράπις, ιδος, ἡ, senecta, seu exuviæ serpentis, cicadæ, et similium; (2) avis species.

Γραπτὴρ, ῆρος, ὁ, scriptor. A γράφω.

Γράπτης, ου, ὁ, rugosus. Ab eod.

Γραπτὸς, ἡ, ὸν, scriptus. Ab eod.

Γραπτὺς, ύος, ἡ, laceratio vel laniatio cutis, genarum, &c. (2) scarificatio; (3) lex scripta. In plurali γραπτύες, γραπτῦς· acc. plur. γραπτύας, γραπτῦς. (3) οἳ δή τοι γραπτῦς πατέρων ἔθεν εἰρύονται, *Apoll. Rhod.* 4, 279. Ab eod.

ΓΡΑ'ΣΟΣ, ου, ὁ, sordes quæ in ovium lanis colliguntur; (2) alarum fœtor.

ΓΡΑ'ΣΣΟΣ, ου, ὁ, clamor militum in conflictu primo.

Γράστις, εως, ἡ, gramen. A γράω.

Γράσων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, hircosus, cui fœtent alæ; (2) fatuus, stultus, demens. A γράσος.

Γραῦς, αὸς, ἡ, anus. A γραῖα.

Γραφείδιον, ου, τὸ, stilus; (2) penicillus.

Γραφεῖον, ου, τὸ, idem. A

Γραφεὺς, έως, ὁ, scriptor; (2) pictor.

Γραφὴ, ῆς, ἡ, scriptura, scriptio; (2) pictura; (3) accusatio.

Γραφήτωσαν, 3. pl. a. 2. imperat. pass. v. γράφω.

Γραφίδιον, ου, τὸ, stilus. Dim.

Γραφικὸς, ἡ, ὸν, scriptorius; (2) pingendi peritus.

Γραφικῶς, *adv.* graphice, expresse.

Γραφὶς, ίδος, ἡ, stilus. A

ΓΡΑ'ΦΩ, f. ψω, scribo; (2) pingo; (3) insculpo; (4) fero legem ad populum, sancio. Γράφω σε μυρίας δραχμὰς, *Aristoph. Av.* 1057. Γράφεσθαί τινα παράνομον, ἐπί τινος, accusare coram; δίκην, impingere.

Γραψείω, scripturio.

Γράψῃς, 2. sing. a. 1. conj. act. verbi γράφω.

Γράψον, *scribe,* 2. sing. a. 1. imperat. act.

ΓΡΑ'Ω, ῶ, f. άσω, comedo.

Γραώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, anilis. A γραῦς.

Γρηγορέω, ῶ, f. ήσω, vigilo. Pro ἐγρηγορέω.

Γρηγόρησις, εως, ἡ, vigilantia. A præc.

Γρηγορικὸς, ἡ, ὸν, vigil, pervigil. Ab eod.

Γρηγορὸς, ὸν, vigil, *Sibyl.*

Γρηγορὼς, perf. part. med. *Ion.* pro ἐγρηγορώς.

Γρήϊος, ου, ὁ ϗ ἡ, anilis; (2) antiquus. A γραῖα.

Γρηῦς et γρηῢς, anus, vetula; (2) spuma, *sive* flos lactis, cremor; crustula quæ concrevit et innatat polentæ, spuma ferventi aquæ supernatans. (2) φιαρὴν δὲ ποτοῦ ἀποαίνυσο γρηῦν, *Nicand. Alexiph.* 91. Γλυκεῖρα προσενέγκασα γάλα παρεκάλει ῥοφῆσαι· ὁ δὲ, οὐ θέλω, εἶπεν· ἦν γὰρ ἐφεστηκυῖα γραῦς αὐτῷ, stabat enim super lacte cana spuma, *Athen.* 13.

Γριπάομαι, et γριφάομαι, item γρίπομαι, et γρίφομαι, *ap. Hipp.* vellico, lancino, de doloribus e spasmo.

Γριπεὺς, έως, ὁ, piscator; (2) qui consuit vel sarcit retia. A γρῖπος.

Ἐκφυσάω, ῶ, f. ήσω, exsufflo, vehementer respiro, gravi respiratione laboro; (2) follibus ventilo, vel spiritu; (3) effero, elatum facio. Ἐξεφύσησε γὰρ τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε, &c. *Aristoph. Pace*, 628. Hinc

Ἐκφύσημα, ατος, τὸ, efflatio, exsufflatio; (2) inflatio, morbus; (3) id quod efflatur:

Ἐκφύσησις, εως, ἡ, efflatio. Ab ἐκφυσάω.

Ἔκφυσις, εως, ἡ, qu. dic. enascentia, exortus, germinatio; (2) eruptio germinantium post sementem: (3) generatio, procreatio; (4) quæ nata sunt. Ab ἐκφύω.

Ἔκφυσις, εως, idem, *Ern.*

Ἐκφυτεύω, translatum alicunde planto.

Ἐκφύω, f. ύσω, et ἔκφυμι, gigno; (2) nascor. Ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς, *Soph. Aj.* 487. Ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς πατὴρ ἄρ' ἐξέφυσεν, ἀλλ' ἐλευθέρους, *Id. Phil.* 987.

Ἐκφωνέω, ῶ, f. ήσω, exclamo; (2) pronuncio, exprimo; (3) nominatim dico. Hinc

Ἐκφώνησις, εως, ἡ, exclamatio; (2) figura rhetorica; (3) pronunciatio, vocis emissio; (4) diserta alicujus nominatio.

Ἐκφωτίζω, f. ίσω, illumino, illustro.

Ἐκχαλάω, ῶ, f. άσω, demitto, laxando emitto; (2) dejicio.

Ἐκχαλκεύω, fabricor ex ære aut metallo alio.

Ἐκχαραδρόω, ῶ, f. ώσω, vi erumpo, de flumine; (2) cavernosum et salebrosum reddo, torrentibus impetuosis excavo. Ex χαράδρα.

Ἐκχαυνόω, ῶ, f. ώσω, laxiorem reddo, emollio; (2) tumidum reddo, *proprie et tropice*, Ern. (2) οὐδ' ἐστὶν αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις, *Eurip. Suppl.* 412.

Ἐκχέω, f. εύσω, effundo, exhaurio; (2) *pass.* effundor, absumor, pereo. Κἀκχέω τὸ πᾶν σόφισμα, *Soph. Phil.* 14. Θοίναισιν ὄλβον ἐκχέασα, *Lycophr.* 773.

Ἐκχιλόω, ῶ, f. ώσω, pabulo privo, vasto: unde ἐκκεχιλωμένος, desolatus.

Ἐκχλοιόομαι, οῦμαι, et ἐκχλοοῦμαι, pallesco, sed ut aliquid viridis vel luridi admistum sit.

Ἐκχοΐζω, f. ΐσω, fodio; (2) emundo. Ex ἐκ et χόω, *humum egero.*

Ἐκχολόω, ῶ, f. ώσω, in bilem verto; (2) bile impleo; (3) iratum reddo.

Ἐκχορδόω, ῶ, f. ώσω, fidibus cano.

Ἐκχορεύω, f. εύσω, e choro ejicio.

Ἐκχρᾶν, præs. inf. act. pro ἐκχράειν.

Ἐκχράω, oraculum edo, ut simplex χράω. Vide ἐξέχρη.

Ἐκχρέπτομαι, f. ψομαι, exspuo.

Ἐκχρηματίζομαι, f. ίσομαι, exigo pecuniam. Ex ἐκ et χρῆμα, *pecunia.*

Ἐκχρῆσαι, sufficere; ἐξέχρησε, suffecit; ἐκχρήσει, ex usu erit, *Herodot.* 3, 13. A χρή, ut ἀπόχρη.

Ἐκχρησμῳδέω, vaticinor, oraculum edo.

Ἐκχυθέντος, gen. sing. a. 1. part. pass. verbi ἐκχύω.

Ἐκχυλίζω, f. ίσω, succum elicio; (2) in succum redigo.

Ἐκχυμίζω, f. ίσω, exsugo. Ex ἐκ et χυμός.

Ἐκχυμόω, ῶ, f. ώσω, a quo ἐκχυμοῦσθαι aliquid dicitur, cum succos et humores extra vasa sua effundit, ut in sugillatione. Hinc

Ἐκχύμωμα, ατος, τὸ, sanguinis sub cutem per grumos effusio, sugillatio.

Ἐκχύμωσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

Ἐκχυντο, *effusi erant*, 3. pl. plusq. perf. ind. pass. *Ion.* pro ἐξεκέχυντο. Ab ἐκχύω.

Ἔκχυσις, εως, ἡ, effusio. Unde

Ἐκχύτης, ου, ὁ, qui effundit.

Ἔκχυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, effusus.

Ἐκχυτρίζω, f. ίσω, ex olla effundo, vel eximo; (2) effundo. Ex χύτρος.

Ἐκχύω, effundo, *pass.* amore alicujus rei capior; (2) valde exhilaror, ad lætitiam, risum profundor; (3) frangor, languesco; (4) pereo, frustra consumor, de labore, impensa, *Ern.* Αἰχμὴ δ' ἐξεχύθη, cuspis vero exiit, [sed alii legunt ἐξεσύθη,] *Il.* 5, 293.

Ἐκχωνεύω, f. εύσω, conflo.

Ἐκχωρέω, ῶ, f. ήσω, excedo; (2) discedo. Χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει, *Soph.* Hinc

Ἐκχώρησις, εως, ἡ, excessus, discessus.

Ἐκψήγμα, ατος, τὸ, ramentum.

Ἐκψύχω, f. ξω, animam efflo, exspiro; (2) deficio animo.

Ἐκώλυσε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi κωλύω.

ἙΚΩ'Ν, οῦσα, όν, voluntarius, qui sponte aliquid facit.

Ἐλᾷ, 3. sing. fut. *Att.* verbi ἐλαύνω, pro ἐλάσει *Soph. Œd. Tyr.* 418. *Id. Aj.* 504, 756. Vide ἐλῶ.

Ἐλάα, ας, ἡ, oliva, fructus oleæ. Ab ἐλαία.

Ἐλάαν, præs. inf. act. *Poet.* pro ἐλάειν.

Ἐλάασκον, imperf. ind. act. *Ion.* pro ἤλαον.

Ἔλαβον, a. 2. ind. act. verbi λαμβάνω.

Ἐλάδιον, ου, τὸ, pauxillum olei. Ab ἐλαία.

Ἐλαθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ἐλαύνω.

Ἔλαθον, *latui*, a. 2. ind. act. verbi λανθάνω.

ἘΛΑΙ'Α, ας, ἡ, oliva, arbor; (2) olea, *i. e.* fructus olivæ.

Ἐλαίαγνος, ου, ἡ, oleagnus, planta in lacu Orchomeno nascens; oleaginus, *Theophr.* Ex ἐλαία et ἄγνος, *vitex.*

Ἐλαιάγριον, τὸ, olivum agreste, *Pind.*

Ἐλαιάεις, άεσσα, άεν, oleosus, oleaceus.

Ἐλαιαλογέω, ῶ, f. ήσω, olivarum fructus colligo. Ex ἐλαία et λέγω.

Ἐλαιέμπορος, ου, ὁ, qui olearum mercaturam exercet. Ex ἐλαία et ἔμπορος, *mercator.*

Ἐλαΐζω, oleas colo; (2) oleagino colore sum:

Ἐλαιήεις, ήεσσα, ῆεν, oleosus. Ab ἐλαία.

Ἐλαιηρὸς, ρὰ, ρὸν, olearius. Ab eod.

Ἐλαΐνεος, έα, εον, oleaginus, ex olea arbore:

Ἐλάϊνος, ίνη, ινον, idem et ab eod.

Ἐλαιόβροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, oleo tinctus, imbutus. Ex ἐλαία et βρέχω.

Ἐλαιόδευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, oleo imbutus. Ex ἐλαία et δεύω, *imbuo.*

Ἐλαιοδόκος, vel ἐλαιοδόχος, ου, ὁ ϗ ἡ, oleum continens. Ex ἐλαία et δέχομαι.

Ἐλαιοειδὴς, olivæ vel olei speciem habens.

Ἐλαιοθήκη, ης, ἡ, cella olearia.

Ἐλαιόθρεπτος, ον, oleo nutritus.

Ἐλαιοκομία, olearum cultura.

Ἐλαιοκόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, olearum cultor.

Ἐλαιοκονία, ας, ἡ, albarium ex oleo.

Ἐλαιολογέω, ῶ, f. ήσω, olivas colligo.

Ἐλαιολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui olivas colligit.

Ἐλαιόμελι, ιτος, τὸ, elæomeli, oleum melleum, quod in Syria alibique ex arborum caudicibus effluit.

Ἔλαιον, ου, τὸ, oleum. Ab ἐλαία.

Ἐλαιοπινὴς, ὲς, oleo imbutus, sordidus. Ex ἔλαιον et πίνος.

Ἐλαιοποιΐα, ας, ἡ, olivatio, olei confectio.

Ἐλαιοπωλεῖον, ου, τὸ, locus ubi venditur oleum. Ex ἔλαιον et πωλέω, *vendo.*

Ἐλαιοπώλης, ου, ὁ, venditor olei. Ex iisd.

Ἐλαιοπώλιον, ου, τὸ, idem quod ἐλαιοπωλεῖον.

Ἐλαιοτριβεῖον, ου, τὸ, trapetum, locus ubi olivæ teruntur, et oleum exprimitur. Ex ἔλαιον et τρίβω, *tero.*

Ἐλαιοτρυγητὸς, οῦ, ὁ, vindemia olivarum.

Ἐλαιότρυγον, ου, τὸ, olei fæx, amurca.

Ἐλαιουργεῖον, ου, τὸ, locus ubi oleum conficitur. Ex ἔλαιον et ἔργον, *opus.*

Ἐλαιουργία, ας, ἡ, olei confectio. Ex iisd.

Ἐλαιοφόρον, ου, τὸ, vas olearium. Ex φέρω.

Ἐλαιοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferens oleas, olivifer.

Ἐλαιοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, oleus consitus, in quo oleæ enatæ sunt. Ex ἐλαία et φύω.

Ἐλαιοφυλλοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, olivæ folia edens.

Ἐλαιόφυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἐλαιοφυής.

Ἐλαιοχρισία, ας, ἡ, olei unctio. A χρίω.

Ἐλαιόω, ῶ, f. ώσω, olivas colligo; (2) oleo ungo. Ab ἐλαία.

Ἐλαῒς, ΐδος, ἡ, oliva, olea, arbor. Ab eod.

Ἐλαϊστὴς, οῦ, ὁ, qui oleas colligit. Ab ἐλαΐζω.

Ἐλαίω, *olei*, gen. sing. *Dor.* pro ἐλαίου.

Ἐλαιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, oleosus; (2) pinguis.

Ἐλαιὼν, ῶνος, ὁ, olivetum. Ab ἐλαία.

Ἐλαιωτὴρ, ῆρος, ὁ, qui olivas colligit.

Ἐλαιωτὸς, ἡ, ὸν, oleo perunctus seu imbutus.

Ἔλακον, a. 2. ind. act. verbi λήκω.

Ἐλάλευ, pro ἐλάλεον. A λαλέω, *loquor.*

Ἔλανδρος, ον, viros capiens. Ab ἑλεῖν et ἀνήρ.

Ἐλάνη, ἡ, fax, *Ath.* Ab ἕλη.

Ἐλασᾶς, ὁ, nomen avis, *ap. Aristoph.*

Ἔλασ' pro ἔλασε, *agitavit*, 3. sing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἤλασε. Ab ἐλαύνω.

Ἐλάσαι, *compulisse*, a. 1. inf. act.

Ἐλάσαν, *compulerunt*, 3. pl. a. 1. ind. act.

Ἐλάσασκε, 3. sing. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἤλασε.

Ἐλάσειαν, a. 1. opt. act. *Æol.* pro ἐλάσαιμι.

Ἐλασείω, expeditionem apparo. Ab ἐλαύνω.

Ἐλασία, ας, ἡ, equitatio; (2) cursio; (3) expeditio militaris. A præc.

Ἐλασίβροντος, ου, ὁ ϗ ἡ, a tonitru agitatus, impetu quodam agitatus, qualis est tonitru. Ex ἐλαύνω et βροντή, *tonitru.*

Ἐλάσιππος, ον, qui equis vehitur, eques. Ab ἐλαύνω, et ἵππος.

Ἔλασις, εως, ἡ, agitatio equorum seu currus; (2) expeditio militaris; (3) remigatio; (4) expulsio, abactus. Ab ἐλαύνω.

Ἔλασμα, ατος, τὸ, lamina metalli. Ab eod.

Ἐλασμὸς, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

Ἐλασσάμενος, *qui impulit*, a. 1. part. med. *Poet.* pro ἐλασάμενος, a verbo ἐλάω, *impello.*

Ἔλασσε, 3. sing. a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἤλασε.

Ἔλασσον, *adv.* minus, deficienter:

Ἐλασσόνως, idem. Ab ἐλάσσων.

Ἐλασσόω, vel ἐλαττόω, ῶ, f. ώσω, diminuo, atterere. Ἐλασσοῦμαι τῆς τιμῆς, *Thuc.* Ἐλαττοῦν ἀεὶ τοὺς ὑπεναντίους, *Polyb.* 3, 90. Ab ἐλάσσων.

Ἐλάσσω, *minorem*, acc. sing. masc. *Att.* et *Ion.* pro ἐλάσσονα, ab ἐλάσσων.

Ἐλάσσωμα, ατος, τὸ, diminutio, deterior conditio. Ab ἐλασσόω.

Ἐλάσσων, vel ἐλάττων, ονος, ὁ ϗ ἡ, minor; (2) deterior; (3) inferior; (4) paucior, *comparativus* ab ἐλαχύς.

Ἐλαστὴς, οῦ, ὁ, impulsor, agitator. Ab ἐλαύνω. Hinc

Ἐλαστρέω, ῶ, f. ήσω, agito, impello. Ζεύγεα ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα, *Il.* 17, 543. Εὖρος δὲ ὀρύχθη, ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας, *Herodot.* 2, 158. Δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεὶ, *Eurip. Iphig. in Taur.* 971.

Ἔλαστρον, τὸ, id quod impellit: unde ἐλαστρέω, *E. M.*

Ἐλάσω, f. 1. ind. act. v. ἐλαύνω, pro ἐλάω.

Ἐλάτειρα, ας, ἡ, expultrix, agitatrix.

ἘΛΑ'ΤΗ, ης, ἡ, abies; palmula, extrema remi pars; *item* hasta, seu hastile ex abiete, *Hom.* (2) remus. (2) ἐλάτᾳ πλεύσασα, *Eurip. Phœn.* 217.

Ἐλατὴρ, ῆρος, ὁ, agitator, auriga; (2) placentæ genus. Ab ἐλαύνω. Unde

Ἐλάτης, ου, ὁ, agitator; (2) cursor. Neptunus sic dicebatur apud Athenienses.

Ἐλατήριον, ου, τὸ, quicquid deorsum ventrem purgat; (2) succus cucumeris agrestis; (3) cucumer. (1) καὶ πιὼν ἐλατήριον, εἰς δύο ἡμέρας ἐκαθαιρόμην, *Aristot.* 1, 305. Ab eod.

Ἐλατικὸς, ἡ, ὸν, impellendi, incitandi vim habens.

Ἐλατίνη, ης, ἡ, herba quædam. Ab ἐλάτη.

Ἐλάτινος, ίνη, ινον, abiegnus. Ab eod.

Ἐλατόμησα, a. 1. ind. act. v. λατομέω.

Ἐλατὸς, ἡ, ὸν, ductilis, ut lamina metalli. Ab ἐλαύνω.

Ἔλαττον, *adv.* minus, parum; ἔλαττον ἔχειν, vinci, inferiorem esse, injuria affici, inultum abire. Ab ἐλάσσων.

Ἐλαττονάκις, *adv.* minus, rarius. Ab eod.

Ἐλαττονέω, ῶ, f. ήσω, minus habeo. Ab eod.

Ἐλαττόνως, *adv.* minus. Ab ἔλαττον.

Ἐλαττόω, idem quod ἐλασσόω. Hinc

Ἐλάττωμα, τὸ, jactura, calamitas belli, &c.

Ἐλάττων, idem quod ἐλάσσων.

Ἐλάττωσις, ιος, ἡ, diminutio, jactura.

Ἐλαττωτικὸς, ὴ, ὸν, diminuens, diminuendi vim habens. Ab ἐλαττόω.

Ἐλαυνέμεν, præs. inf. act. *Ion.* pro ἐλαύνειν.

Ἐλαύνοι, *impellat*, 3. sing. opt. verbi ejusd.

ἘΛΑΥ´ΝΩ, f. ἐλάσω, p. ἐλήλακα, agito, impello; (2) stimulo, incito; (3) exerceo, exagito; (4) fatigo; (5) vexo, insector; (6) persequor judicio, accuso; (7) verbero; (8) excutio; (9) excito, incito, moveo; (10) abigo, expello; (11) duco, ductile opus facio; (12) traduco, transfigo; (13) promoveo, progredior, evado, pervenio; (14) equito; (15) vulnero. Κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ, *Soph. Ajac.* 275. Κρέων μ' ἐλαύνει φυγάδα τῆσδ' ἔξω χθονὸς, *Eur. Med.* 706. Ἐπ' Ἰνδοὺς στρατιὰν ἤλασε, suscepit, *Luc.* Ὑπὸ τῆς συνέσεως τῶν ἔργων ἐλαυνόμενος, *Herodian.*

Ἐλάφειος, ου, ὁ ϗ ἡ, cervinus. Ab ἔλαφος.

Ἐλαφηβολία, ας, ἡ, cervorum venatio.

Ἐλαφηβόλια, ων, τὰ, festum in honorem Dianæ venatricis.

Ἐλαφηβολιὼν, ῶνος, ὁ, mensis Februarius, ita a figendis cervis dictus.

Ἐλαφηβόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cervos jaculis figit, venator cervorum; (2) venator quivis. Ex ἔλαφος et βάλλω, *jacio.*

Ἐλαφίνης, ου, ὁ, hinnulus cervinus. Ab ἔλαφος.

Ἐλάφιον, ου, τὸ, cornu vel caro cervi.

Ἐλαφοβόσκον, ου, τὸ, elaphoboscon, herba quædam valens contra morsus serpentum. Ex ἔλαφος et βόσκω, *pasco, alo.*

Ἐλαφοειδὴς, ὲς, cervo similis.

Ἐλάφοιο, *cervi*, gen. sing. *Ion.* pro ἐλάφου.

Ἐλαφοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, cervos occidens. Ex ἔλαφος et κτείνω, *occido.*

ἛΛΑΦΟΣ, ου, ὁ vel ἡ, cervus vel cerva; (2) placentæ genus.

Ἐλαφοσκόροδον, ου, τὸ, allium cervinum. Ex ἔλαφος et σκόροδον. *Angl.* WILD PARSNIP.

Ἐλαφρία, ας, ἡ, levitas; (2) paucitas.

Ἐλαφρίζω, f. ίσω, levo, elevo, allevo.

Ἐλαφρόπους, ουν, celer.

ἘΛΑΦΡΟ`Σ, ὰ, ὸν, levis et celer, velox; (2) levis, non gravis; (3) levis, non molestus, non difficilis; (4) inops, non potens, contemnendus. Unde

Ἐλαφρότης, ητος, ἡ, levitas, celeritas.

Ἐλαφρύνω, f. υνῶ, allevo. Ab ἐλαφρός.

Ἐλαφρῶς, *adv.* leviter, celeriter.

Ἔλαχεν, 3. sing. a. 2. ind. act. v. λαγχάνω.

Ἐλάχηνε, 3. sing. a. 2. ind. act. v. λαχαίνω.

Ἐλάχιστα, *adv.* minime. Ab

Ἐλάχιστος, ίστη, ιστον, minimus, paucissimus, brevissimus. Superl. ab ἐλαχύς.

Ἐλαχιστότερος, έρα, ερον, minimo minor. Comp. a Superl. ἐλάχιστος.

Ἔλαχον, a. 2. ind. act. v. λαγχάνω.

Ἐλαχυπτέρυξ, γος, ὁ ϗ ἡ, breves alas habens. Ἀντὶ δελφίνων ἐλαχυπτερύγων ἵππους ἀμείψαντες θοὰς, breviter pinnatos, *Pind. Pyth.* 4, 29.

ἘΛΑΧΥ`Σ, εῖα, ὺ, parvus, exiguus; Comp. ἐλάσσων· Superl. ἐλάχιστος.

Ἐλάω, f. άσω, abigo, ejicio. Τούσδε παῖδας γῆς ἐλᾶν Κορινθίας μέλλει Κρέων, *Eur. Med.* 70.

Ἐλαὼν, ῶνος, ὁ, olivetum. Ab ἐλάα.

Ἕλδεαι, 2. sing. præs. ind. med. *Ion.* pro ἕλδεσαι.

ἝΛΔΟΜΑΙ, *Poet.* cupio, desidero. Hinc

Ἕλδωρ, ορος, τὸ, desiderium, cupido.

Ἕλε, *interfecit*, 3. sing. a. 2. ind. act. *Ion.* pro εἷλε, a verbo αἱρέω, pro ἕλω, *capio.*

Ἐλεαίρω, misereor. Ab ἔλεος, *misericordia.*

ἘΛΕΑ͂Σ, ὁ, nomen avis.

Ἐλεγεία, ας, ἡ, scil. ᾠδὴ, idem quod

Ἐλεγεῖον, ου, τὸ, carmen elegiacum.

Ἐλεγειοποιὸς, οῦ, ὁ, scriptor elegiarum.

Ἐλεγεῖος, εία, εῖον, ad mœstitiam factus. Ab ἔλεγος.

ἘΛΕΓΙ͂ΝΟΙ, ων, οἱ, pisces gregales, elegini.

Ἐλεγκτικὸς, ὴ, ὸν, reprehendendi vim habens, vel refellendi, coarguendi. Ab ἐλέγχω.

Ἐλεγκτὸς, ὴ, ὸν, reprehensibilis:

Ἐλεγμὸς, οῦ, ὁ, reprehensio. Ab eod.

Ἐλεγξάτωσαν, 3. pl. a. 1. imperat. act. verbi ἐλέγχω.

Ἔλεγξις, εως, ἡ, idem quod ἐλεγμός.

ἘΛΕΓΟΣ, ου, ὁ, lamentatio, vox lugubris; (2) carmen elegiacum quo lamentatio continetur; (3) *adjective* lugubris. Ἔλεγον οἶτον ἀειδεῖς, lugubrem næniam cantas, *Eurip. Iphig. in Taur.* 1091.

Ἐλεγχείη, ης, ἡ, increpatio, probrum. Ab

Ἐλεγχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vituperabilis, turpis, probro dignus. Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἐλεγχέες, *Il.* 4, 242.

Ἐλεγχθῇ, 3. sing. a. 1. conj. pass. v. ἐλέγχω.

Ἐλεγχιγάμος, ον, fidem aut perfidiam conjugis ostendens.

Ἐλέγχιστος, η, ον, probris dignissimus, *Hom.* Ab ἔλεγχος.

Ἔλεγχος, εος, τὸ, probrum, dedecus.

Ἔλεγχος, ου, ὁ, argumentum, indicium, signum; (2) criminatio; (3) accusatio; (4) convictio. Νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν, experientia doctus, *Soph. Phil.* 97. (1) ποίεε ὅκως μοι καταστήσῃς τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον, *Herodot.* 1, 209. (4) ἡ δ', εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ, φοβουμένη, timens ne convinceretur, *Eurip. Hippol.* 1310. Ab

ἘΛΕ´ΓΧΩ, f. ξω, arguo, argumentis demonstro; (2) refuto, redarguo, reprehendo; (3) convinco; (4) reprimo, coerceo; (5) adspernor; (6) sciscitor, percontor; (7) quæstionem de aliquo habeo. Μή μ' ἔλεγχε πλείοσι λόγοις, interroga, *Soph. El.* 1369. Ἀμηχανῶ δὲ πότερον τὸ σὸν πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κεῖνον στένω, *Id. Phil.* 336. Vid. *Il.* 1, 518.

ἘΛΕΔΩ´ΝΗ, ης, ἡ, eledona, species polypi.

Ἐλέειν, *capere*, a. 2. inf. act. *Poet.* pro ἑλεῖν, a verbo αἱρέω, pro ἕλω.

Ἐλεεινολογέω, ῶ, f. ήσω, miserabiliter loquor, miserabilem vocem edo. Ex ἐλεεινὸς et λέγω, *dico.* Unde

Ἐλεεινολογία, ας, ἡ, oratio miserabilis.

Ἐλεεινὸς, ὴ, ὸν, miserabilis. Ab ἔλεος.

Ἐλεεινῶς, *adv.* miserabiliter. Ab ἐλεεινός.

Ἐλεέω, ῶ, f. ήσω, misereor; et *in pass.* misericordiam consequor. Οὐδ' ἐλεεῖς τὸ παιδίον ἄλουτον ὂν κἄθηλον ἕκτην ἡμέραν; *Aristoph. Lys.* 882. Ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα, *Id. Pace,* 339. Ab ἔλεος.

Ἐλεηθήσονται, 3. pl. f. 1. ind. pass.

Ἐλεηθῶσιν, 3. pl. a. 1. conj. pass.

Ἐλεημονικὸς, ὴ, ὸν, misericors, benignus.

Ἐλεημόνως, *adv.* misericorditer. Ab ἐλεήμων.

Ἐλεημοσύνη, ης, ἡ, misericordia; (2) stips erogata pauperibus, eleemosyna; (3) omne beneficium quo calamitosos prosequimur.

Ἐλεήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, misericors. Ab ἔλεος.

Ἐλέησε, 3. sing. a. 1. ind. act. v. ἐλεέω.

Ἐλέησον, 2. sing. a. 1. imperat. act.

Ἐλεητικὸς, ὴ, ὸν, ad misericordiam propensus, misericors. Ab ἐλεέω.

Ἐλεητὺς, ύος, ἡ, commiseratio. Ab eod.

Ἑλεῖν, *interficere*, a. 2. inf. act. v. αἱρέω.

Ἐλεινὸς, idem quod ἐλεεινὸς, miserabilis, misericors. Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινὴν, *Hom. Hymn. in Cererem*, 284.

Ἐλεινῶς, *adv.* miserabiliter, animo misericordi. Τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα μεῖναι, *Soph. Phil.* 869.

Ἑλειοβάτης, ου, ὁ, qui per paludes graditur. Ex ἕλος, *palus*, et βαίνω, *eo.*

Ἑλειογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in palustribus locis natus. Ex ἕλος et γίνομαι, *nascor.*

Ἑλειονόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, vel ἑλειόνομος, in paludibus degens, palustris. Ab ἕλος et νέμω.

Ἕλειος, ου, ὁ ϗ ἡ, palustris, in paludibus nascens vel degens. Ab ἕλος.

Ἐλειὸς, οῦ, ὁ, glis; (2) sciurus; (3) species accipitris. Ab eod.

Ἑλειοσέλινον, apium palustre. A σέλινον, *apium.* Vid. ἑλεοσέλινον. *Angl.* SMALLAGE.

Ἑλειότροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, in paludibus altus, crescens. Ex ἕλος et τρέφω, *nutrio.*

Ἑλειόχρυσος, ου, ὁ, aurelia, flos agrestis aurei coloris. Ex ἕλειος et χρυσός.

Ἐλείψασκον, *reliqui*, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔλειψα, a λείπω, *linquo.*

Ἔλεκτο, *concubuerat*, 3. sing. perf. ind. pass. *Poet.* pro ἐλέλεκτο. A λέγομαι, *cubo.*

ἘΛΕΛΕΥ͂, acclamatio bellica, eleleu! (quod est ab Heb. *Hallelu Jah*, Ern.)

Ἐλελήθει, *oblitus erat*, 3. sing. plusq. perf. ind. act. *Poet.* pro ἐλελήθει, a verbo λανθάνω.

Ἐλέλιζε, *torquebat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἠλέλιζε. Ab

Ἐλελίζω, f. ίσω, eleleu seu alala clamo; et ἐλελίζομαι, defleo cum acclamatione τοῦ ἐλελεῦ· (2) torqueo. Τὸν ἐμὸν ϗ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι, *Aristoph. Av.* 220. Ab ἐλελεῦ.

Ἐλέλικτο, 3. sing. plusq. perf. ind. pass. v. ἑλίσσω.

Ἐλελίξαις, *qui convolvit*, a. 1. part. act. *Æol.* pro ἐλελίξας, a verbo ἐλελίζω.

Ἐλέλιξεν, 3. sing. a. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ.

Ἐλελισφακίτης, ου, ὁ, sc. οἶνος, vinum salvia conditum. Ab

Ἐλελίσφακον, ου, τὸ, vel ἐλελίσφακος, ου, ὁ, salvia obversa et implicata mari, salvia femina. Ἀλθήεντ' ἐλελίσφακον, salviam salubrem, *Nic. Ther.* 84. A σφάκος, *salvia.* *Angl.* SAGE.

Ἐλελίττω, fut. ξω, rapido volumine torqueo, convolvo, vel circumago, concutio et tremefacio. *In med.* me circumago, me convolvo. Τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν, *Il.* 2, 316. Ab εἰλέω, *volvo.*

Ἐλέλιχθεν, 3. pl. a. 1. ind. pass. *Bœot.* pro ἐλελίχθησαν. Ab ἐλελίζω.

Ἐλελίχθημα, ατος, τὸ, rapidus motus et concussio. Ab ἐλελίττω.

Ἐλελίχθων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui terram rapido motu concutit. Ex eod. et χθών.

Ἐλελόγχει, 3. sing. plusq. perf. ind. med. v. λαγχάνω.

Ἐλελοίπεσαν, *omiserant*, 3. pl. plusq. perf. ind. med. *Att.* pro ἐλελοίπεισαν, a λείπω.

Ἕλεν, *invasit*, 3. sing. aor. 2. ind. act. *Ion.* pro εἷλεν, a verbo αἱρέω, pro ἕλω.

ἙΛΕ´ΝΗ, ης, ἡ, Helena; (2) vas quoddam.

Ἑλενηφόρια, τὰ, festum quoddam dictum ἀπὸ τῆς ἑλένης, a vase in quo mysteria portabantur.

Ἑλένια, τὰ, festum apud Lacedæmonios in honorem Helenæ.

Ἑλένιον, ου, τὸ, herba quædam quæ e lacrymis Helenæ enata fingitur, *Ph.* inula. Ab Ἑλένη. *Angl.* ELECAMPANE.

Ἐλέξατο, *dormivit*, 3. sing. a. 1. ind. med. verbi λέγομαι, *dormio.*

Ἐλεοδύτης, ου, ὁ, mensæ coquinariæ minister. Ex ἐλεὸς et δύω.

Ἑλεόθρεπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, genitus seu nutritus in paludibus. Ἑλεόθρεπτόν τε σέλινον, palustre apium, *Il.* 2, 776. Ex ἕλος et τρέφω, *alo.*

Ἐλεοῖσιν, *mensis*, dat. plur. *Ion.* pro ἐλεοῖς.

Ἐλεὸν, *adv.* misere, *per Syncop.* pro ἐλεεινόν.

Ἐλεὸν, οῦ, τὸ, sive

ἘΛΕΟ`Σ, οῦ, ὁ, mensa coquinaria; (2) avis quædam.

ἜΛΕΟΣ, ου, ὁ, vel εος, ους, τὸ, misericordia, commiseratio.

Ἑλεοσέλινον, ου, τὸ, idem quod ἑλειοσέλινον.

Ἐλέπισα, a. 1. ind. act. v. λεπίζω, *decortico.*

Ἑλέπολις, εως, ἡ, sc. μηχανὴ, machina obsidionalis; machina qua urbes capiuntur. Ex ἑλεῖν et πόλις.

Ἑλέπτολις, idem.

Ἑλέσθαι, a. 2. inf. med. verbi αἱρέω.

Ἕλεσθε, *sumite*, 2. pl. a. 2. imperat. med.

Ἐλεσπίδαι, αἱ, palustria loca, paludes. Πίσεά τε προλιπὼν καὶ ἐλεσπίδας, *Apoll. Rhod.* 1, 1266.

Ἐλεσπὶς, ίδος, ἡ, *Ap.* Vid. *Th. Gr. Pr.*

Ἑλέτην, 3. dual. a. 2. ind. med.

Ἑλετὸς, ὴ, ὸν, prensabilis, *apud Homerum, Il.* 9, 409. Ab ἑλεῖν, *prehendere.*

Ἕλευ, *elige*, 2. sing. a. 2. imperat. med. *Dor.* pro ἑλοῦ. Ab αἱρέω.

Ἐλευθερία, ας, ἡ, libertas. Ab ἐλεύθερος.

Ἐλευθέρια, ων, τὰ, libertatis solennia.

Ἐλευθεριάζω, f. άσω, libere vagor, ut servus fugitivus;

fugitivus; (2) libertatem usurpo, libere ago, liberi hominis mores affecto. Hinc

Ἐλευθεριαστικὸς, ἡ, ὸν, qui libertatem amat, qui libere agere amat. A præc.

Ἐλευθερικὸς, ἡ, ὸν, liber. Ab ἐλεύθερος.

Ἐλευθέριος, ου, ὁ ϗ ἡ, liberali ingenio præditus, ingenuus; (2) liberalis, libero homine dignus; (3) servator, liberator, epitheton Jovis.

Ἐλευθεριότης, ητος, ἡ, ingenuitas; (2) liberalitas; (3) beneficium a sincero animo profectum. Ab ἐλευθέριος.

Ἐλευθερίως, *adv.* liberaliter, ingenue.

Ἐλευθερόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, cui filii sunt liberi, et qui ipse etiam liber est.

Ἐλευθεροπαῤῥαξία, ἡ, audacia, *Sibyll.*

Ἐλευθεροπράσιον, ου, τὸ, liberi hominis venditio; unde ἐλευθεροπρασίας δίκη, plagii crimen. Ab ἐλεύθερος et πιπράσκω.

Ἐλευθεροπρεπὴς, εος, ὁ ϗ ἡ, liberum hominem decens, liberalis. Ex eod. et πρέπω.

Ἐλευθεροπρεπῶς, *adv.* liberaliter, ut hominem liberum et ingenuum decet.

ἘΛΕΥ´ΘΕΡΟΣ, ἐρα, ερον, vel ου, ὁ ϗ ἡ, qui vadit quo vult; (2) liber, non servus; (3) liber, immunis, liberatus; (4) liberalis, ingenuus, generosus. (Forte ab ἐλεύθω, qui qua vult via libere incedit.)

Ἐλευθεροστομέω, ῶ, f. ήσω, libere loquor.

Ἐλευθεροστομία, ας, ἡ, libertas loquendi. Ab

Ἐλευθερόστομος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui est ore libero, qui loquitur libere quæcumque in buccam veniunt. Ex ἐλεύθερος et στόμα.

Ἐλευθεροῦντας, *liberantes*, acc. plur. part. præs. act. *contr.* pro ἐλευθεροόντας. Ab

Ἐλευθερόω, ῶ, f. ώσω, libero, manumitto; (2) in libertatem vendico. Ἐλευθεροῦν τινα τῆς αἰτίας, τοῦ πόνου. Ἀπὸ βαρβάρων ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν, *Plat.* Πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα, quidquid venit ei in mentem dicit; στόμα ibi est *sermo* ut centies: idem est ac Κατὰ πάντα ἐλευθεροστομεῖ, *Soph. Œd. Tyr.* 706. Ab ἐλεύθερος.

Ἐλευθερωθήσεται, 3. sing. f. 1. ind. pass.

Ἐλευθέρως, *adv.* libere, ut liberum et ingenuum hominem decet. Ab ἐλεύθερος.

Ἐλευθέρωσις, εως, ἡ, liberatio:

Ἐλευθερωτὴς, οῦ, ὁ, liberator. Ab eod.

Ἐλεύθω, venio. Inusit. pro ἔρχομαι. Unde usitata ἐλεύσομαι, ἐλήλυθα, ἦλθον. Hinc

Ἐλευθὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Lucina, quod invocetur, ut partus veniat in lucem.

Ἐλευσίνια, τὰ, sacra Cereris quærentis filiam Proserpinam, quæ Athenienses magnis ceremoniis arcanisque celebrabant. Hæc mysteria descensus animæ in regionem sensibilem significabant.

Ἔλευσις, εως, ἡ, adventus; (2) itio.

Ἐλεύσομαι, f. 1. ind. med. verbi ἔρχομαι.

Ἐλευστίον, eundum est. Ab eod.

ἘΛΕΦΑΙ´ΡΩ, decipio, noceo, lædo. Ἐλεφαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων, *Hes. Theog.* 330.

Ἐλεφανταγωγὸς, οῦ, ὁ, qui elephantem agit vel ducit. Ex ἐλέφας et ἄγω, *ago.*

Ἐλεφαντάρχης, ου, ὁ, dux eorum qui pugnant ex elephantis, elephantorum præfectus. Ex ἐλέφας et ἀρχή. Hinc

Ἐλεφανταρχία, ας, ἡ, præfectura elephantorum.

Ἐλεφάντειος, ου, ὁ ϗ ἡ, elephantinus.

Ἐλεφαντίασις, εως, ἡ, elephantiasis, morbus lepræ similis.

Ἐλεφαντιασμὸς, οῦ, ὁ, idem. Ab

Ἐλεφαντιάω, ῶ, elephantiasi laboro.

Ἐλεφάντινος, η, ον, eburnus.

Ἐλεφαντιστὴ, corium elephantinum, scutum corio elephantino tectum. Καὶ τῶν λοιπῶν τὰ ἀκόντια ἐς τὴν ἐλεφαντιστὴν ἐκδεχόμενος, *Appian. Punic.* 46.

Ἐλεφαντιστὴς, οῦ, ὁ, elephantorum magister, elephantorum domitor et rector.

Ἐλεφαντόδετος, ου, ὁ ϗ ἡ, ebore clausus vel revinctus. Ἐλεφαντοδέτων πάρειθεν δόμων, *Eurip. Iphig. in Aul.* 582. Ex ἐλέφας et δέω.

Ἐλεφαντοκόλλητος, ον, ex ebore compositus, seu ebore ornatus, eburneis sigillis.

Ἐλεφαντόκωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, eburneum capulum habens. Ex ἐλέφας et κώπη.

Ἐλεφαντόμαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, cum elephanto pugnans, elephantis infestus. Ex eod. et μάχομαι.

Ἐλεφαντόπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, eburneos pedes habens. Ex ἐλέφας et ποῦς, *pes.*

Ἐλεφαντοτόμος, eborarius. Ἐλεφαντοτόμοις ὑποείκει, *Oppian. Cyneget.* 2, 514.

Ἐλεφαντοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, elephanti carnem comedens.

Ἐλεφαντώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, elephantinus. Ab

ἘΛΕ´ΦΑΣ, αντος, ὁ, elephas, elephantus; (2) ebur; (3) elephantiasis, morbus; (4) poculi genus. (2) ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ, *Il.* 4, 141.

Ἐλέχθην, a. 1. ind. pass. verbi λέγω.

Ἔλειψε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi λείπω.

Ἔλη, ης, ἡ, calor solaris; (2) splendor solis.

Ἔλησα, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἔλησα. A λάω.

Ἔλῃαι, *ceperis*, 2. sing. a. 2. conjunct. act. *Ion.* pro ἕλῃ, a verbo αἱρέω.

Ἐλήθετο, 3. sing. a. 2. ind. med. *Ion.* pro ἐλάθετο, a λανθάνω.

Ἐλήλακα, perf. ind. act. *Att.* pro ἤλακα, a verbo ἐλαύνω.

Ἐληλακότες, perf. part. act. *Att.* pro ἠλακότες.

Ἐλήλαμαι, perf. ind. pass. *Att.* pro ἤλαμαι.

Ἐληλαμένος, perf. part. pass. *Att.* pro ἠλαμένος.

Ἐλήλαται, 3. sing. perf. ind. pass. *Att.* pro ἤλαται.

Ἐλήλεγκται, *redargutus est*, 3. sing. perf. ind. pass *Att.* pro ἔλεγκται. Ab ἐλέγχω.

Ἐλήλεγμαι, *convictus sum*, perf. ind. pass.

Ἐληλέδαται, 3. pl. perf. ind. pass. *Ion.* et *Att.* pro ἐλασμένοι εἰσί. Ab ἐλαύνω.

Ἐληλυθὼς, *qui venit*, perf. part. med. *Att.* et *Æol.* pro ἠλυθώς. Ab ἔρχομαι.

Ἐλήλυθα, *veni*, perf. ind. med. *Att.* pro ἤλυθα.

Ἐληλύθειν, plusq. perf. ind. med. *Att.* pro ἠλύθειν.

Ἐληλυθυῖα, perf. part. med. *Att.* pro ἠλυθυῖα.

Ἔληξε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi λήγω.

Ἐλήφθης, 2. sing. a. 1. ind. pass. verbi λαμβάνω.

Ἐλθὲ, *veni*, 2. sing. a. 2. imperat. act. *per Sync.* pro ἐλυθὲ, ab ἔρχομαι, pro ἐλεύθω, *venio.*

Ἐλθέμεν, a. 2. inf. act. *Ion.* pro ἐλθεῖν.

Ἐλθεῖν, vel ἐλθῆν, *venisse*, idem, *Dor.*

Ἔλθῃς, 2. sing. a. 2. conj. verbi ἔρχομαι.

Ἔλθοι, *venerit*, 3. sing. a. 2. optat. act.

Ἐλθὸν, *quod venit*, a. 2. part. act. n. g.

Ἐλθόντεσσιν, *advenientibus*, dat. pl. a. 2. part. act. *Poet.* pro ἐλθοῦσι.

Ἔλθοσαν, 3. pl. a. 2. ind. act. *Bœot.* pro ἦλθον.

Ἔλθω, *venerim*, a. 2. conjunct. act.

Ἐλιάσθη, 3. sing. a. 1. ind. pass. verbi λιάζω.

Ἐλιγδὴν, *adv.* volutim, volubiliter. Ab ἑλίσσω, *volvo.*

Ἑλιγήσομαι, f. 2. ind. pass. verbi ἑλίσσω.

Ἕλιγμα, ατος, τὸ, volutatio, involutio. Ab eod. Hinc

Ἑλιγματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, tortuosus, flexuosus.

Ἑλιγμὸς, οῦ, ὁ, vortex, gyrus. Ab ἑλίσσω.

Ἐλιθάσθη, a. 1. ind. pass. verbi λιθάζω.

Ἐλιθοβόλεον, imperf. ind. act. verbi λιθοβολέω.

Ἑλικάμπυξ, κος, ἡ, crines in nodum collectos habens. Ex ἕλιξ et ἄμπυξ.

Ἑλικάστερος, ὁ ϗ ἡ, obliquans, *Man.*

Ἑλίκη, ης, ἡ, ursa major inter astra; ἑλίκη, salix Arcadibus. Ab ἑλίσσω.

Ἑλικηδὸν, *adv.* volutatim, in orbem.

Ἑλικίας, ου, ὁ, tortuosus, unde ἑλικίαι κεραυνοί.

Ἑλικοβλέφαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, proprie cui palpebræ sunt volubiles, tortiles, aut nigræ; (2) pulchros oculos habens, pulchra. Ex ἕλιξ.

Ἑλικόδρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, in urbem currens, epith. solis et lunæ.

Ἑλικοειδὴς, εος, οῦς, tortilis. Ab ἕλιξ et εἶδος, *species.*

Ἑλικοειδῶς, *adv.* tortuose, in gyrum. A præc.

Ἑλικόεις, όεσσα, όεν, tortuosus. Ab

Ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis, tortilis, vorticosus; (2) niger. Ab ἕλιξ.

Ἑλικόμορφος, ον, tortuosus, *Orph.*

Ἑλικτὴρ, ῆρος, ὁ, armilla; (2) inauris.

Ἑλικτὸς, ἡ, ὸν, tortilis, tortuosus.

Ἑλικὼν, ῶνος, ὁ, Helicon, mons Musis sacer; (2) instrumentum quoddam musicum. Ab eod. Hinc

Ἑλικωνιάδες, ων, αἱ, Heliconiades, Musæ.

Ἑλικώνιος, ια, ιον, Heliconius, ad Heliconem pertinens. Hinc αἱ Ἑλικώνιαι παρθένοι, Heliconiades sive Musæ.

Ἑλικῶπις, ιδος, ἡ, puella cui oculi sunt nigri, vel rotundi, ac mobiles, *h. e.* pulchri, unde (2) pulchra. Ab

Ἑλίκωψ, ωπος, ὁ ϗ ἡ, idem. Ab ἕλιξ et ὤψ.

ἘΛΙΝΝΥ´Ω, et ἐλινύω, f. ύσω, vito, caveo; (2) desino, desisto; (3) maneo, moror; (4) sedo, cessare facio. Ἐλιννύσας οὐδένα χρόνον, *Herodot.*

ἝΛΙΝΟΣ, ου, ὁ, ramus, *apud Nicandrum*; (2) vitis, *ap. Dionys. P.*

Ἐλινύω, idem quod ἐλιννύω. Οὐκ ἐλινύειν ἐχρῆν, ἀλλὰ σκοπεῖν τὸν ἄνδρα, *Aristoph. Thesm.* 605.

Ἕλιξ, ικος, ἡ, volumen, involucrum; (2) vortex, gyrus; (3) clavicula; (4) armilla, annulus; (5) species hederæ; (6) *adj.* ὁ ϗ ἡ, intortus, implicitus; (7) volubilis; (8) circumiens. Ab εἰλέω, vel ἑλίσσω.

Ἔλιξις, εως, ἡ, linctus. Ab ἑλίσσω, *ap. Hipp.* (nisi sit potius ἔλλιξις, vel ἔλλειξις, ab ἐλλείχω, *Ern.*)

Ἑλικόκερως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, tortuosa cornua habens. Ex ἕλιξ et κέρας, *cornu.*

Ἑλιξόπορος, ον, tortuosus, *Procl.*

Ἔλιπον, *reliqui*, a. 2. ind. act. verbi λείπω.

Ἑλισσέμεν, præs. inf. act. *Ion.* pro ἑλίσσειν.

Ἐλίσσετο, 3. sing. imperf. ind. med. verbi λίσσομαι, *supplico.*

Ἑλισσομένη, part. præs. f. g. med. vel pass. v.

Ἑλίσσω, vel ἑλίττω, f. ξω, volvo, circumvolvo, complico. Σὺν δ' ἑλίσσεται τμητοῖς ἱμᾶσι, *Soph. El.* 784. Πέριξ ἑλίσσω, circumdo. Μέλλειν πέριξ πυκνοῖσι Καδμείων πόλιν ὅπλοις ἑλίξειν αὐτίκ' Ἀργείων στρατόν, *Eurip. Phœn.* 717. Ab εἰλέω.

Ἑλίτροχος, ον, in quo vertitur axis, epith. σύριγγος.

Ἐλίφθεν, *relicti sunt*, 3. plur. a. 1. ind. pass. *Bœot.* pro ἐλείφθησαν, a λείπω.

Ἑλίχρυσος, idem quod ἑλειόχρυσος.

Ἑλκαίνω, idem quod ἑλκόω, *Æsch.*

Ἕλκε, *trahebat*, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro εἷλκε, ab ἕλκω.

Ἕλκει, *ulceri*, dat. sing. *contr.* pro ἕλκεϊ.

Ἑλκέμεν, præs. inf. act. *Ion.* pro ἕλκειν.

Ἕλκεο, 2. sing. imperf. ind. pass. *Ion.* pro εἵλκου.

Ἑλκεσίπεπλος, ου, ὁ ϗ ἡ, longa veste indutus, peplum inter eundum trahens. Ex ἕλκω, *traho*, et πέπλος.

Ἕλκετο, 3. sing. imperf. verbi ἕλκω.

Ἑλκεχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, cui longa est vestis sive tunica. Ex ἕλκω et χιτών.

Ἑλκέω, fut. ήσω, *apud Homerum* traho; (2) discerpo, dilacero; (3) violo, attento, per vim traho. Σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ Ἑλκήσουσ' ἀϊκῶς, *Il.* 22, 336.

Ἑλκηδὸν, *adv.* tractim, trahendo. A præc.

Ἑλκηθμὸς, οῦ, ὁ, violentia, tractio, vis.

Ἕλκηθρον, ου, τὸ, traha; (2) buris. Ab eod.

Ἕλκημα, ατος, τὸ, præda.

Ἑλκοποιέω, ῶ, f. ήσω, ulcero, exulcero. Ab

Ἑλκοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, vulnificus; (2) exulcerans. Ex ἕλκος et ποιέω, *facio.*

ἝΛΚΟΣ, εος, τὸ, ulcus; (2) vulnus, *imprimis* inveteratum. (Ab ἕλκειν, qui humores ad partem sauciatam trahuntur, *Ern.*)

Ἑλκόω, ῶ, f. ώσω, ulcero, exulcero, saucio. Βέλει πεσὼν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν γέροντα χρῶτα, *Eurip. Hec.* 405. Unde *pass.* ἑλκοῦσθαι, ἡλκωμένος. Ab ἕλκος.

Ἑλκτικὸς, ἡ, ὸν, tractorius, attractativus:

Ἑλκτὸς, ἡ, ὸν, tractus, ductilis. Ab ἕλκω.

Ἑλκυθμὸς, οῦ, tractio, laceratio. Δωδεκάδεσσιν ἐφ' Ἕκτορος ἑλκυθμοῖσιν, *Tryphiod.* 21.

Ἑλκύδριον, ου, τὸ, ulcusculum. Dim. ab ἕλκος.

Ἕλκυσις, εως, ἡ, idem et ab eod.

Ἕλκυσμα, ατος, τὸ, scoria seu recrementum argenti. Ab eod.

Ἑλκυσμὸς, οῦ, ὁ, tractio. Ab eod.

Ἑλκυστάζω, fut. άσω, trahendo rapto.
Ἑλκυστὴρ, ῆρος, ὁ, funis, vel quodlibet instrumentum quo aliquid trahitur, extrahitur, *etiam* capistrum :
Ἑλκυστικὸς, ἡ, ὸν, vim habens trahendi : Ab
Ἑλκύω, f. ύσω, traho. Ἑλκύειν τινὰ εἰς οἶκτον. Ὅπου λινοργὴς κλῶσις ἑλκύσει πικρά, *Lycophr.* 716. Ab
ἝΛΚΩ, f. ξω, traho, attraho, manu, naribus, pondere, &c. unde vindico mihi, dignus sum præ cæteris, &c. (2) sugo ; (3) feminam attrecto, *Ern.* Ἕλκειν τὸ γένος ἀπό τινος. Τί δῆτα μ' ἕλκεις ἀσθενοῦσαν ; *Aristoph. Thesm.* 625. Ἴσχε συνεργὸν ἡλακάτην ἕλκειν, κτῆμα πένητι βίῳ, *Epigr.*
Ἑλκώδης, εος, ὁ ἡ, ulcerosus, laceratus. Ἀτρέμα, δμῶες, χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε χεροῖν, *Eurip. Hippol.* 1358. Ab ἕλκος.
Ἕλκωμα, τὸ, ulceratum. Ab ἑλκόω. Hinc
Ἑλκωματικὸς, ἡ, ὸν, ulcerativus :
Ἕλκωσις, εως, ἡ, ulceratio.
Ἑλλὰ, ἡ, sella, καθέδρα. Jovis Dodonei templum.
Ἔλλαβε, *sumpsit*, 3. sing. a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἔλαβε, a verbo λαμβάνω.
Ἑλλαδικὸς, ἡ, ὸν, Græcanicus. Ab Ἑλλάς.
Ἐλλαμβάνω, comprehensum, constrictum teneo, circumplector. Τῷ δῆτι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδὸς, quo (equitatu) se prævaliturum considerabat Lydorum rex, *Herod.* 1, 80.
Ἐλλαμπρύνομαι, splendesco, claresco ; (2) magnificentia et splendore in quocunque genere; (3) splendida et magnifica oratione utor.
Ἐλλαμπτικὸς, ἡ, ὸν, illuminandi vim habens.
Ἐλλαμπτικῶς, *adv.* ad illuminandum apte.
Ἐλλάμπω, fut. ψω, illuceo ; illustro, clarum reddo ; (2) illumino, divinitus doceo.
Ἐλλάμψασθαι, a. 1. inf. med. verbi præc.
Ἐλλάμψεσθαι, fut. *Ion.* med. pro ἐλλήψεσθαι, ab ἐλλαμβάνομαι, *Herod.* 1, 80.
Ἔλλαμψις, εως, ἡ, splendor, fulgor, claritas ; (2) illuminatio, in sacris. Ab ἐλλάμπω.
Ἑλλάνιος *Dor.* pro Ἑλλήνιος, Græcus. Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας εἴδομεν, *Eurip. Hippol.* 1122.
Ἑλλανοδίκαι, ῶν, οἱ, judices sacrorum certaminum apud Græcos, *Dor.* pro Ἑλληνοδίκαι. Ex Ἕλλην et δίκη, *judicium*.
Ἑλλανοδικέω, ῶ, f. ήσω, judex sum sacrorum certaminum. Ex iisd.
Ἕλλανες, *Græci*, Dor. pro Ἕλληνες, ab Ἕλλην, *Græcus.*
Ἑλλὰς, άδος, Hellas, Græcia ; (2) *adj.* Græcanica, Græca, pro Ἑλληνική. (2) ἀγὼν Ἑλλὰς, conventus Græcorum. Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος [Vide πρόσχημα], *Soph. El.* 681.
Ἐλλάσαι, *Poet.* pro ἐλάσαι, ab ἐλαύνω.
Ἔλλαχον, a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἔλαχον, a λαγχάνω.
Ἑλλεβοριᾷν, helleboro indigere:
Ἑλλεβορίζω, helleboro purgo :
Ἑλλεβορισμὸς, ῦ, ὁ, purgatio helleboro facta :
ἙΛΛΕΒΟΡΟΣ, et ἐλλέβορος, ȣ, ὁ, helleborus, veratrum. *Angl.* HELLEBORE.
Ἐλλεδανοῖσιν, dat. pl. *Ion.* pro ἐλλεδανοῖς, ab
Ἐλλεδανὸς, ῦ, ὁ, vinculum, restis. Ab ἔλλω.
Ἔλλειμα, ατος, τὸ, defectus, delictum, erratum ; (2) reliquum pensionis non persolutæ. Ab ἐλλείπω.
Ἐλλειπὴς, έος, ὁ ἡ, cui deest aliquid, imperfectus. Ab eod.
Ἐλλειπτικὸς, ἡ, ὸν, defectivus :
Ἐλλειπτικῶς, *adv.* defective.
Ἐλλείπω, fut. ψω, relinquo, prætermitto ; (2) deficio. Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὐταὶ λιπαρᾶς χειρουργίας, *Aristoph. Lys.* 676. Hinc
Ἔλλειψις, εως, ἡ, derelictio, prætermissio ; (2) defectus ; (3) figura grammatica qua vox eleganter omittitur. Ab ἐλλείπω.
Ἐλλείχω, f. ξω, linctu ingero, lingendo adsumo. Ex ἐν et λείχω, *lingo.*
Ἔλλεσχος, ȣ, ὁ ἡ, vulgatus, qui est in omnium ore et sermone. Ex ἐν et λέσχη.

ἝΛΛΗΝ, ηνος, ὁ, Græcus ; (2) filius Deucalionis, a quo Græci nomen Ἑλλήνων sortiti.
Ἑλληνίζω, fut. ίσω, Græcos sequor seu imitor, Græcum refero, Græcus sum ; (2) cum Græcis facio, Græcis faveo ; (3) Græce loquor. Ab Ἕλλην.
Ἑλληνικὸς, ἡ, ὸν, Græcus, Graius, Græcanicus ; (2) Græcos decens ; (3) Græcis favens. Ab eod.
Ἑλληνικῶς, *adv.* Græce, Græco more, Græcanice.
Ἑλλήνιος, ȣ, ὁ ἡ, idem quod Ἑλληνικός.
Ἑλληνὶς, ίδος, ἡ, Græcia. Ab Ἕλλην.
Ἑλληνισμὸς, ῦ, ὁ, imitatio Græcorum ; (2) literæ Græcæ, lepos Græcus; (3) sermo Græcanicus, seu proprietas verborum Græcorum. Ab ἑλληνίζω. Unde
Ἑλληνιστὴς, ῦ, ὁ, sectator seu imitator Græcorum, æmulus et studiosus Græcorum.
Ἑλληνιστὶ, *adv.* ad imitationem Græcorum, ritu et more Græcanico ; (2) Græce, lingua Græca. Ab eod.
Ἑλληνοδίκαι, ῶν, οἱ, idem quod ἑλλανοδίκαι.
Ἑλληνοκοπέω, Græcorum gratiam capto; (2) Græcorum more dissero, *ap. Polyb.*
Ἑλληνοταμίαι, ῶν, οἱ, quæstores Græciæ, ærarii Græci præfecti.
Ἕλληξε, *Poet.* pro ἔληξε, a λήγω.
Ἑλλησποντίας, ȣ, ὁ, nomen venti ab Hellesponto spirantis.
Ἑλλησπόντιος, ȣ, ὁ ἡ, Hellespontinus ; (2) qui ad Hellespontum pervenit. Ab
Ἑλλήσποντος, ȣ, ὁ, Hellespontus, mare, vel potius fretum, inter Europam Asiamque. Est quasi πόντος τῆς Ἕλλης, quæ in ipso periit.
Ἐλλιμενίζω, f. ίσω, in portu sum ; (2) in portum venio, portum capio ; (3) portorium exigo. Ex ἐν et λιμήν, *portus*.
Ἐλλιμένιον, ȣ, τὸ, portorium. Ex iisd.
Ἐλλιμενικὸς, ἡ, ὸν, ad portum seu portorium pertinens. Ἐλλιμενικὰ, τὰ, sc. τέλη, portorium.
Ἐλλιμενιστὴς, ῦ, ὁ, portorii exactor, portitor. Ex ἐλλιμενίζω.
Ἐλλιμνάζω, fut. άσω, stagno, restagno.
Ἐλλιπὴς, έος, ὁ ἡ, cui deest aliquid, curtus. Ab ἐλλείπω
Ἐλλιπῶς, *adv.* imperfecte. A præc.
Ἐλλοβίζω, siliquor. Ab ἔλλοβος.
Ἐλλόβιον, ȣ, τὸ, inauris. Ex ἐν et λοβός.
Ἐλλοβοανθὴς, έος, ὁ ἡ, florem in siliqua edens, in folliculo florens. Ex ἔλλοβος et ἄνθος.
Ἔλλοβος καρπὸς, fructus in folliculo, vel in siliqua clausus. Ex ἐν et λοβὸς, *siliqua.*
Ἐλλοβοσπέρματος, ȣ, ὁ ἡ, cui semina sunt in folliculo vel siliqua. Hinc ἐλλοβοσπέρματα, semina in folliculis clausa.
Ἐλλοβώδης, εος, ὁ ἡ, qui est e genere siliquatorum vel siliquas ferentium. Ab ἔλλοβος.
Ἐλλογεῖν, imputare. Ab ἔλλογος.
Ἐλλόγιμος, ȣ, ὁ ἡ, clarus, nobilis ; (2) doctus, facundus. Ex ἐν et λόγος.
Ἔλλογος, ȣ, ὁ ἡ, rationis particeps, rationalis ; (2) aptus, probandus; (3) eximius, insignis, clarus.
Ἐλλόγως, *adv.* cum ratione, apte.
Ἐλλοπεύω, f. εύσω, piscor. Ab ἔλλοψ.
Ἐλλοπιεύω, f. εύσω, idem et ab eod.
ἘΛΛΟΣ, ῦ, ὁ, hinnulus ; (2) mutus. (2) ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν, *Soph. Aj.* 1297.
Ἐλλοφόνος, ȣ, ὁ ἡ, hinnulorum peremptor ; (2) cervorum interfector.
Ἐλλοχάω, ῶ, f. ήσω, in insidiis lateo, insidior. Ex ἐν et λόχος, *insidiæ*.
Ἐλλοχίζω, in insidiis pono. Ex iisd.
Ἔλλοψ, οπος, ὁ, qui vocem edere nequit, mutus ut piscis; (2) piscis. Ex λείπω et ὄψ, *vox.* (Sed hæc ratio nominis ab origine repetendi minus esse videtur probanda, ut aliæ multæ sunt grammaticorum ineptæ et frigidæ, *Ern.*)
Ἔλλυπος, ȣ, ὁ ἡ, tristis. Ex ἐν et λύπη.
Ἐλλυχνιασμένος, η, ον, ellychnium habens. Ab
Ἐλλύχνιον, ȣ, τὸ, ellychnium, funale. Ex ἐν et λύχνος, *lychnus.*

Ἐλλυχνωτὸν, linamenti genus apud chirurgos ex materia ellychniorum.
Ἔλλω, contineo. Ab εἴλέω, *coarcto.*
Ἑλμινθιάω, ῶ, lumbricis infestor. Ab ἕλμινς.
Ἑλμίνθιον, ȣ, τὸ, lumbriculus ; (2) tinea.
Ἑλμινθώδης, εος, ὁ ἡ, lumbrico similis. Ab
ἝΛΜΙΝΣ, νθος, ἡ, (*scribitur* et ἕλμινς) lumbricus; (2) tinea.
Ἑλξίνη, ης, ἡ, helxine, herba. Ab ἕλκω, *traho,* eo quod prætereuntium vestes attrahat. *Angl.* PELLITORY-OF-THE-WALL.
Ἕλξις, εως, ἡ, tractio, attractus. Ab eod.
Ἐλογίσθην, a. 1. ind. pass. verbi λογίζομαι.
Ἐλόευν, imperf. ind. act. *Dor.* pro ἐλόȣ, a λόω.
Ἐλοιδόρει, 3. sing. imperf. ind. act. v. λοιδορέω.
Ἕλοιμι, *ceperim*, a. 2. opt. act.
Ἐλοῖσα, a. 2. part. act. *Dor.* pro ἑλῦσα.
Ἑλοίτην, a. 2. opt. med. verbi αἱρέω.
Ἑλόμην, a. 2. ind. med. *Ion.* pro εἱλόμην.
Ἕλον, *cepi*, a. 2. ind. act. *Ion.* pro εἷλον.
ἝΛΟΣ, εος, τὸ, palus, aqua palustris cœno mixta, *Il.* 4, 483.
Ἑλȣ̃, 2. sing. a. 2. imperat. med. verbi αἱρέω.
Ἐλȣ̃μεν, 1. pl. imperf. ind. act. pro ἐλόομεν.
Ἑλȣ̃ντες, nom. pl. a. 2. part. act. verbi αἱρέω.
Ἑλȣ̃σ' pro ἑλȣ̃σα. Vide ἑλοῖσα.
Ἐλοχεύθην, a. 1. ind. pass. verbi λοχεύω.
Ἔλπεαι, 2. sing. præs. ind. med. *Ion.* pro ἔλπεσαι, ab ἔλπομαι.
Ἔλπεο, 2. sing. præs. imper. med. *Ion.* pro ἔλπȣ.
Ἐλπιδότης et -δώτης, ȣ, ὁ, autor spei.
Ἐλπιδοποιέω, ῶ, spem alicui facio, spe lacto.
Ἐλπίζω, f. ίσω, spero ; (2) reor, existimo, *diciturque interdum et in partem deteriorem pro* vereor, metuo ; (3) *et act.* spem facio, *ut* ἐπελπίζω. Τήνδ' ἔξοδον ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν, *Soph. Aj.* 810. Τȣτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν, ȣ̓δέποτ' ἤλπισα, *Aristoph. Av.* 962. Ab ἐλπίς.
Ἐλπιȣ̃σι, 3. pl. f. 1. ind. act. *Att.* pro ἐλπίσȣσι.
ἘΛΠΙ'Σ, ίδος, ἡ, expectatio ; (2) expectatio, *tam in bonam quam in malam partem : in bonam est* spes ; (3) *in malam partem,* metus. (1) παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω, præter expectationem video res evenire, *Eurip. Hippol.* 1121. (3) μήτ' ἐμοὶ, μήτ' ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις ἐλπὶς ἥδε ποτ' ἔλθοι, hic metus ! *Eurip. Iphig. in Aul.* 784.
Ἐλπισθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ἐλπίζω. Unde
Ἔλπισμα, ατος, τὸ, idem quod speratur, spes. Ἀλλ' ȣ̓χὶ σαρκὸς εὐσθεῦς κατάστημα ἀγαπώντων, καὶ τὸ περὶ ταύτην πιστὸν ἔλπισμα, non obesam carnem ac bene constitutam adamantium, et spem fidam in ea defigentium, *Cleomedes Cyclicæ Theoriæ*, 2, 87. *Plutarch. adversus Epicurum*, 1089. D.
Ἐλπιστικὸς, ἡ, ὸν, in spe positus.
Ἐλπιστὸς, ἡ, ὸν, sperabilis, qui sperari potest.
Ἐλπιῶ, f. 1. ind. act. *Att.* pro ἐλπίσω.
Ἔλπομαι, spero ; (2) puto. (2) ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει, *Herodot.* 2, 43. Ab
Ἔλπω, in spem adduco, *apud Homerum, Od.* 2, 90. Ab ἐλπίς.
Ἐλπωρὴ, ῆς, ἡ, spes. Ab eod.
Ἕλσαι, a. 1. inf. act. *per Sync.* pro ἐλάσαι.
Ἔλυμα, seu ἔλυμα, ατος, τὸ, pars aratri in medio, temo, buris ; (2) integumentum. Ab ἐλύω, seu ἐλύω, *involvo, tego.*
Ἐλυμήνατο, 3. sing. a. 1. ind. med. verbi λυμαίνω.
Ἐλυμήνω, 2. sing. ejusd. mod. et temp.
Ἔλυμος, ȣ, ὁ, theca citharæ ; (2) tibia e buxo ; (3) genus leguminis, panicum. *Angl.* PANIC. Ab ἐλύω, *involvo.*
Ἐλύπει, *dolebat*, 3. sing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἐλύπεε, a λυπέω.
Ἔλυσα, *solvi*, a. 1. ind. act. verbi λύω, *solvo.*
Ἔλυτρον, et ἔλυτρον, ȣ, τὸ, involucrum, integumentum ; (2) pars illa e qua nascitur cilium ; (3) crusta in insectis, quæ alas claudit ; (4) folliculus seminis ; (5) alveus et receptaculum aquarum. Ab eod.
Ἐλυτρώσω, *liberasti*, 2. sing. a. 1. ind. med. *Att.* et *Ion.* pro ἐλυτρώσατο, a λυτρόω.
Ἐλύω, vel ἐλύω, f. ύσω, involvo, implico, intego. Ab εἰλέω, *involvo.*

Ἔλυ,

*Ἑλω, a. 2. conj. act. verbi αἱρέω.
Ἐλῶ, fut. *Att.* verbi ἐλαύνω, pro ἐλάσω· ἐλῷ, pro ἐλάσει, *Soph. Œd. Tyr.* 417.
Ἑλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, palustris. Ab ἕλος.
Ἕλωμαι, a. 2. conj. med. verbi αἱρέω.
Ἑλὼν, *capiens, qui cepit*, a. 2. part. act.
*ΕΛΩΡ, ορος, τὸ, captura; (2) rapina, præda; (3) pœna captionis vel cædis. (3) Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα ἀποτίσῃ, *Il.* 18, 93.
Ἑλώριον, ου, τὸ, idem.
Ἐμάθετε, 2. pl. a. 2. ind. act. verbi μανθάνω.
*Ἔμαθον, *didici*, 1. sing. aor. ejusd.
Ἐμάθοσαν, 3. pl. a. 2. *Bœot.* pro ἔμαθον.
Ἐμαίμασσε, 3. sing. a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἐμαίμασε, a μαιμάω.
Ἐμακάρισε, 3. sing. a. 1. ind. act. v. μακαρίζω.
Ἐμαλάχθην, a. 1. ind. pass. verbi μαλάσσω.
Ἐμαλοφόρει, 3. sing. imperf. ind. act. *Dor.* et *per contr.* pro ἐμηλοφόρεε, a μαλοφορέω.
Ἐμάνην, a. 2. ind. pass. verbi μαίνομαι.
Ἐμάξατο, 3. sing. a. 1. ind. med. verbi μάσσω.
Ἐμάρανε, 3. sing. a. 1. ind. act. v. μαραίνω.
Ἐμαράνθη, 3. sing. a. 1. ind. pass.
Ἐμαργήναντο, 3. pl. a. 1. ind. med. verbi μαργαίνω.
Ἐμαρνάσθην, *pugnabant*, 3. dual. imperf. ind. med. verbi μάρναμαι.
Ἐμαυτοῦ, ῆς, οῦ, mei ipsius.
Ἐμαχεσάμην, a. 1. ind. med. verbi μάχομαι.
*Ἔμβα, *progredere*, 2. sing. a. 2. imperat. *per Apocop.* pro ἔμβηθι, a verbo ἐμβαίνω.
Ἐμβαδίζω, f. ίσω, incedo.
Ἐμβάδιον, ου, τὸ, calceus vel solea. Ab ἐμβάς.
Ἐμβαδὸν, *adv.* pedestri itinere. Ab ἐμβαίνω.
Ἔμβαθμος δικαστὴς, *in Pind.* ordinarius judex. Ex βαθμὸς, *tribunal.*
Ἔμβαθρα, ων, τὰ, calceamenta quædam.
Ἐμβαθύνους, ου, ὁ ϗ ἡ, *Hes.* sapiens, prudens. Ex ἐν, βαθὺς, et νοῦς.
Ἐμβαθύνω, fut. υνῶ, profundum facio, in profundum extendo; (2) immergo.
*Ἔμβαινον, imperf. ind. act. *Poet.* pro ἐνέβαινον. Ab
Ἐμβαίνω, ingredior, subeo, adeo; (2) ingredior, *i. e.* gradum facio; (3) insulto; (4) ἐμβῆσαι, intrare facere, injicere. Χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις, *Eur. Ph.* 2. εἰς ἀγορὰν, *Plut.*
Ἐμβακχεύω, bacchor in, insolenter lætor in.
Ἐμβαλεῖν, a. 2. inf. act. verbi ἐμβάλλω.
*Ἔμβαλλε, 3. sing. imperf. ind. act. *Poet.* pro ἐνέβαλλε.
Ἐμβάλλω, jaculor in aliquem, immitto, injicio; (2) insero, intersero, intercalo; (3) ingredior; (4) hostiliter irruo, impetum in aliquem facio; (5) repono, condo. Ἥτις τέκνοισι σοῖσιν ἐμβαλεῖν ξίφος ἔτλης, *Eur. Med.* 2328. Κ' αὐτὸς ὁ Ποσειδῶν ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας, subvertat, *Aristoph. Ach.* 516. Ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν, *Soph. Phil.* 810. Ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλον αὐτοῖν τοῖν ποδοῖν, *Aristoph. Av.* 1151. Ἐμβαλεῖν βουλὴν, de aliqua re conferre, *Xen. Cyr.* 129. λόγον, sermonem conferre, *Ib.* 130.
Ἐμβάλοι, *conjiceret*, 3. sing. a. 2. optat. act.
*Ἔμβαμμα, ατος, τὸ, embamma, liquamen, intinctus, jurulentum quod ad intinctus paratur. Ab ἐμβάπτω.
Ἐμβάντι, dat. sing. part. ἐμβάς.
Ἐμβαπτίζω, f. ίσω, intingo, immergo.
Ἐμβαπτύω, idem.
Ἐμβάπτω, f. ψω, idem. Ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε, *Aristoph. Nub.* 150.
*Ἔμβαρος, ὁ, stultus, stolidus, *Hes. ex Men.* Ab ἐμβαρὴς, *Pr.*
Ἐμβαρύθω, f. ύσω, gravo.
Ἐμβὰς, άδος, ἡ, solea; (2) soccus:
Ἐμβὰς, a. 2. part. act. verbi ἐμβαίνω.
Ἐμβασικοίτης, ου, ὁ, qui intrare facit, aut intrat τὴν κοίτην, cubile. Ex ἐμβαίνω et κοίτη.
Ἐμβασίκοιτος, ον, cubilia lustrans, *Man.*
Ἐμβασίλευον, imperf. ind. act. *Poet.* pro ἐνεβασίλευον, ab
Ἐμβασιλεύω, f. εύσω, regno in. Ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει, *Hesiod. Theog.* 71.
Ἐμβάσιος, ου, ὁ, epith. Apollinis, qui colebatur in littore a conscensuris navem. Ab ἐμβαίνω. Unde
Ἔμβασις, εως, ἡ, ingressus, introitus, conscensus; (2) solium, in quo lavamus.
Ἐμβασίχυτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, in ollas repens; nomen muris *in Batrachom.* 208. Ex ἐμβαίνω et χύτρα, *olla.*
Ἐμβαστάζω, infero, importo, affero.
Ἐμβατευτικὸς, ἡ, ὸν, possessorius. Ab
Ἐμβατεύω, fut. εύσω, et ἐμβατέω, f. ήσω, fastuose incedo; (2) invado, ingero me, incolo, *Æschyl. in Pers.* 449. (3) quæro, scrutor. Ἐμβατεύειν εἰς τὴν οὐσίαν, *Dem.* εἰς τὴν ναῦν, *Id.* Καὶ τοὶ μὲν ἀκτὰς ἐμβατεύσονται λιπρὰς Ἰβηροβόσκους, *Lycophr.* 642. (3) ὅτι παρὰ τῷ γραμματιστῇ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀμφότεροι ἐμβατεύετέ τι, *Xenoph. Sympos.* 4, 27.
Ἐμβατέω, ingredior.
Ἐμβατὴ, ῆς, ἡ, solium, vel alveus, sive vas, quo in balneo ad lavandum utuntur. Ab ἐμβαίνω.
Ἐμβατήριον, ου, τὸ, genus cantus ad tibiam; (2) ingressus. Ab
Ἐμβατήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, ingressivus. Ab ἐμβαίνω.
Ἐμβάτης, ου, ὁ, sessor, equitator; (2) miles classiarius; (3) *plur.* ἐμβάται, cothurni. Ab eod.
Ἐμβατὸς, ἡ, ὸν, et ἐμβατὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui adscendi potest; (2) facilis accessu, ad quem accedere licet. Ab eod.
Ἐμβάφιον, ου, τὸ, patina profundior. Ex ἐν et βάπτω, *mergo, tingo.*
Ἐμβάφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, bibulus. Ex iisd.
Ἐμβάψας, a. 1. part. act. verbi ἐμβάπτω.
Ἐμβεβαιόω, ῶ, f. ώσω, constabilio, confirmo. Ἐμβεβαιώσασθαι τὸ νίκημα, *Plut.*
Ἐμβέβακε, 3. sing. perf. ind. act. *Dor.* pro ἐμβέβηκεν, v. ἐμβαίνω.
Ἐμβέβασαν, 3. pl. plusq. perf. ind. act. *per Syncop.* pro ἐνεβεβήκεισαν, ab ἐμβαίνω.
Ἐμβεβαὼς, perf. part. act. *Att.* et *Ion.* pro ἐμβεβηκώς. Ab eod.
Ἐμβεβηλέω, ῶ, f. ήσω, profano, contamino.
Ἐμβέῃ, *ingressus sit*, 3. sing. a. 2. conj. act. *Ion.* pro ἐμβῇ, ab ἐμβαίνω.
Ἐμβελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui est intra teli jactum. Ex ἐν et βέλος, *telum.*
Ἔμβη, 3. sing. a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἐνέβη, ab ἐμβαίνω.
Ἐμβήη, 3. sing. a. 2. opt. act. *Poet.* pro ἐμβαίη.
Ἔμβηθι, *inscende*, 2. sing. a. 2. imperat. act.
Ἐμβῆναι, *ingressum esse*, a. 2. inf. act. Ab eod.
Ἐμβιβάζω, fut. άσω, impono, v. gr. navi; (2) impello; (3) deduco; (4) doceo. Ἐμβιβάζειν τινὰ εἰς πλοῖον, *Plut.*
Ἔμβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, vitalis, vivus, vivax.
Ἐμβιοτεύω, f. εύσω, vivo in, dego ætatem in. Ἐν ᾗ (δίαιτα) ἐμβιοτεύει ἡ νοῦσος, *Aret.*
Ἐμβιόω, ῶ, f. ώσω, idem. Hinc
Ἐμβίωσις, εως, ἡ, vita aliquo loco acta.
Ἐμβιωτήριον, ου, τὸ, domicilium, sedes.
Ἐμβλάπτω, f. ψω, impedio.
Ἔμβλεμμα, ατος, τὸ, intuitus, rectus adspectus. Ab
Ἐμβλέπω, fut. ψω, intueor, oculos figo. Ἐμβλέψας μοὶ ϗ μάλα τυραννικῶς, *Plat.*
Ἔμβλημα, ατος, τὸ, emblema, operi alteri insertum ornatus causa; *item* opus tessellatum. Ab ἐμβάλλω.
Ἔμβλησις, ἡ, injectio, insertio emblematis.
Ἐμβοάω, ῶ, fut. ήσω, inclamo, clamorem tollo. Μεῖζον ἐμβοᾷν τῷ Στέντορος, *Luc.*
Ἐμβόησις, εως, ἡ, qu. dic. inclamatio, clamitatio, *Aret.* Ab ἐμβοάω.
Ἔμβοθρος, ου, ὁ ϗ ἡ, in foveam depressus locus; (2) qui in fovea est.
Ἐμβοθρόω, in foveæ vel scrobis formam excavo vel deprimo.
Ἐμβολὰς, άδος, ἡ, arbor insita; (2) fructus insitus. Ab ἐμβάλλω.
Ἐμβολεὺς, έως, ὁ, adgressor.
Ἐμβολὴ, ῆς, ἡ, irruptio; (2) impressio irruentis aciei vel grandinis; (3) ostium fluminis; (4) rostrum navis, *an significet, non certum est*, Ern. Ab eod.
Ἐμβόλια, τὰ, retia quædam.
Ἐμβολιμαῖος, αία, αῖον, insertus, intercalaris. Ab
Ἐμβόλιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, intercalaris, insertus; (2) imperfectus; (3) subdititius. (3) Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες, *Eupolis apud Scholiast. Aristoph.* Ab ἐμβάλλω.
Ἐμβόλιον, ου, τὸ, digressio, pars inserta operi ornandi causa, episodium.
Ἐμβολίσματα, panni hinc inde consuti.
Ἐμβολισμὸς, οῦ, ὁ, intercalatio.
Ἔμβολος, ου, ὁ, et τὸ ἔμβολον, ου, τὸ, rostrum navis; (2) paxillus, fulcimentum; (3) acies cuneata, pars machinæ; (4) porticus in templis Græcorum; οἱ ἔμβολοι, tribunal, pro rostris. (2) χαλκόδετά τ' ἔμβολα, ænei vectes, *Eur. Phœn.* 115. (3) ἐπάγοντα ἅμα οἱ ὥσπερ ἔμβολον τῶν ἱππέων, aciem cuneatam equitum, *Arr. Hist. Alex.* 1, 15. Ab ἐμβάλλω.
Ἐμβομβέω, ῶ, f. ήσω, bombos edo; (2) resono in.
Ἐμβραδύνω, f. υνῶ, immoror.
Ἔμβραχυ, *adv.* summatim, breviter.
Ἔμβρεγμα, ατος, τὸ, liquor, succus, id in quo aliquid tingitur et madefit; (2) id quod in liquore aliquo madefactum parti adfectæ applicatur. Ab ἐμβρέχω.
Ἐμβρέμω, infremo. Ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης Ἱστίῳ ἐμβρέμεται, *Il.* 15, 625.
Ἐμβρέχω, f. ξω, impluo, humecto.
Ἐμβρίθεια, ας, ἡ, gravitas. Ab
Ἐμβριθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, gravis, ponderosus; (2) constans, solidus, firmus; (3) ferox. Ex ἐν et βρίθω, *ingravesco.*
Ἐμβριθῶς, *adv.* graviter; (2) severe, rigide; (3) ferociter.
Ἐμβριμάομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, fremo; (2) graviter et vultu irato increpo, interminor. Ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, *Matt.* 9, 30. τῷ πνεύματι, *Joan.* 11, 33. Ab ἐμβρίμω. Hinc
Ἐμβρίμημα, ατος, τὸ, comminatio, indignatio, oratio minarum plena.
Ἐμβροντάομαι, ῶμαι, attonitus fio, obstupesco; unde ἐμβεβροντῆσθαι, stupere; ἐμβεβροντημένος, stupefactus, stupidus. Hinc
Ἐμβροντησία, ας, ἡ, stupor; (2) vesania.
Ἐμβρόντητος, ου, ὁ ϗ ἡ, attonitus; (2) amens. Ab eod.
Ἐμβροχὴ, ῆς, ἡ, irrigatio quæ fit intingendo. Ab ἐμβρέχω.
Ἔμβροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, illaqueatus, laqueis implicitus. Ex ἐν et βρόχος, *laqueus.*
Ἐμβρυοδόχος, ου, ὁ, receptor embryi. Ex ἔμβρυον et δέχομαι, *capio.*
Ἐμβρυοθλάστης, ου, ὁ, uncus, seu spiculum ad educendos fœtus. Ex ἔμβρυον et θλάω, *contundo, frango*, *Cels.* 7, 29. *Galen.* Conf. *Tertul. de Anima*, 25.
Ἐμβρυόοικος, qui in alga habitat, id est, qui versatur in fundo maris, Epith. anchoræ. Ἀγκύραν ἐμβρυόοικον, ἐρυσινήϊδα, anchoram algæ incolam, navium retinaculum, *Analecta Brunck.* 2, 212.
Ἐμβρυοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, fœtum necans. Ex ἔμβρυον et κτείνω, *neco.*
Ἔμβρυον, ου, τὸ, embryon, infans in utero materno adhuc conclusus, crudus et immaturus; (2) fœtus; (3) infans recens natus. Ex ἐν et βρύω, *pullulo*, quasi ἐν τῇ γαστρὶ βρύον, in ventre sive utero pullulans.
Ἔμβρυος, ου, ὁ ϗ ἡ, prolificus, genitalis.
Ἐμβρυοτομία, ας, ἡ, umbilici sectio in infante recens edito. Ex ἔμβρυον et τέμνω, *seco.*
Ἐμβρυουλκὸς, οῦ, ὁ, instrumentum quo fœtus ex utero trahitur. Ab ἔμβρυον et ἕλκω.
Ἔμβρωμα, ατος, τὸ, jentaculum; (2) erosio, seu id ipsum quod erosum est.
Ἐμβρωματίζω, f. ίσω, cibum do.
Ἐμβύθιος, ου, ὁ ϗ ἡ, quod est in profundo, profundus, immersus.
Ἐμβυκανάω, f. ήσω, buccina cano.
Ἐμβύω, f. ύσω, obturo, obstruo; (2) impleo; (3) tego.
Ἐμβώμιον, ου, τὸ, *Jul.* nisi leg. ἐπιβώμιον.
Ἐμεγάλυνα, a. 1. ind. act. verbi μεγαλύνω.

Ἐμέγαρα,

᾿Εμέγαρα, a. 1. ind. act. *Att.* pro ἐμέγηρα. A μεγαίρω.
῞Εμεθα, 1. pl. a. 2. ind. med. verbi ἵημι.
᾿Εμέθεν, genit. sing. *Æol.* pro ἐμοῦ, ab ἐγώ.
᾿Εμεθύσθην, a. 1. ind. pass. verbi μεθύω, *inebrio.*
᾿Εμεθύσθησαν, *inebriati sunt*, 3. plur. ejusd. aor.
῎Εμεινα, *mansi*, aor. 1. indic. act. verbi μένω.
᾿Εμεῖο, *mei*, gen. sing. *Poet.* pro ἐμοῦ, ab ἐγώ.
῎Εμελε, imperf. ind. impers. verbi μέλει.
᾿Εμέλησε, *curæ fuit*, aor. 1. ind. ejusdem.
῎Εμελλε, 3. sing. imperf. ind. verbi μέλλω.
᾿Εμεμεκώς, perf. part. act. verbi ἐμέω.
᾿Εμεμίγμην, plusq. perf. ind. pass. v. μίγνυμι.
᾿Εμέμφετο, 3. sing. imperf. verbi μέμφομαι.
᾿Εμέν, 1. plur. præs. ind. *Poet.* pro ἐσμέν, ab εἰμί.
῞Εμεν, *esse*, præs. inf. pro εἶναι, ab eod.
῞Εμεν, præs. inf. act. *Ion.* pro εἶναι, ab ἵημι.
᾿Εμενοίνα, *curabat*, 3. sing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἐμενοίνας, a μενοινάω.
῎Εμενον, imperf. ind. act. verbi μένω.
῞Εμενος, a. 2. part. med. verbi ἵημι.
᾿Εμέρισε, 3. sing. a. 1. ind. act. v. μερίζω.
᾿Εμέσας, a. 1. part. act. verbi ἐμέω.
᾿Εμεσία, ας, ἡ, vomitus. Ab ἐμέω.
῎Εμεσις, εως, ἡ, idem.
῎Εμεσμα, ατος, τὸ, quod vomitu rejicitur.
᾿Εμεστώθη, 3. sing. a. 1. ind. pass. v. μεθίημι.
᾿Εμετήρια, ων, τὰ, pharmaca vomitoria:
Ἐννεακαιδεκαταῖος, αία, αῖον, undevicesimo die aliquid agens aut patiens.
Ἐννεακαιδέκατος, άτη, ατον, undevicesimus.
Ἐννεάκεντρος, ου, ὁ ἡ, novem habens stimulos sive aculeos. Ex ἐννέα et κέντρον.
Ἐννεάκις, *adv.* novies. Ab ἐννέα.
Ἐννεάκρουνος, ου, ὁ ἡ, novem habens fistulas aquam fundentes; (2) nomen fontis Athenis, ante Callirrhoe dicebatur.
Ἐννεάκλινος, ὁ ἡ, novem lectis stratis constans.
Ἐννεάλινος, ου, ὁ ἡ, novemplici lino plexus.
Ἐννεάμηνος, ου, ὁ ἡ, qui novem mensium est. Ex ἐννέα et μὴν, *mensis.*
Ἐννεάμυκλος, ου, ὁ ἡ, qui novem annorum est, robustus, validus, *Hes. Callim.*
Ἐννεάνυχες, *adv.* per novem noctes.
Ἐννεάπηχυς, εος, ὁ ἡ, qui novem cubitorum est.
Ἐννεαπλάσιος, ια, ιον, novemplex.
Ἐννεάπους, οδος, ὁ ἡ, novem pedes habens.
Ἐννεάπυλος, ὁ ἡ, novem portas habens.
Ἐννεὰς, άδος, ἡ, novennarius. Ab ἐννέα.
Ἐννεάφθογγος, ου, ὁ ἡ, novem sonos reddens.
Ἐννεάφωνος, ου, ὁ ἡ, novem voces habens. Ex ἐννέα et φωνὴ, *vox.*
Ἐννεάχιλοι, *apud Hom.* (Il. 5, 860.) pro ἐννεακισχίλιοι, novies mille.
Ἐννεάχορδος, ου, ὁ ἡ, novem chordas habens, novem intentus fidibus. Ex χορδή.
Ἐννέμομαι, pascor in.
Ἐνενήκοντα, nonaginta. Ab ἐννέα, *novem.*
Ἐνενηκονταέτης, et ἐννενηκοντούτης, qui nonaginta annorum est. Ex ἔτος.
Ἐννενηκοστὸς, ἡ, ὸν, nonagesimus. Ab ἐννέα.
Ἐννεόργυιος, ου, ὁ ἡ, novem ulnas (orgyas) longus. Ex ἐννέα et ὀργυιά.
Ἐννεὸς, ὰ, ὸν, pro ἐνεός.
Ἐννεοτροφεῖσθαι, ἐννεοτροφηθεὶς, ab adolescentia innutritus.
Ἐννεοττεύω, f. εύσω, nidifico in. Ἐν τε τοῖς βαλαντίοις ἐννεοττεύουσι, *Aristoph. Av.* 1113.
Ἐννέπουσα, *Poet.* et *Dor.* pro ἐνέπουσα, ab
Ἐννέπω, dico, loquor. Ex ἐν et ἔπω.
Ἐννεσία, ας, ἡ, pro ἐνεσία, voluntas, instinctus. Ἥρης ἐννεσίῃσιν, Junonis voluntate, *Call. Hymn. in Dian.* 108. Τὸ ἐννεσίῃσι, ut occideretur per consilia, *Apoll. Rhod.* 1, 7.
Ἐννεσίῃσι, dat. pl. *Poet.* et *Ion.* pro ἐνεσίαις.
Ἐννεύω, f. εύσω, innuo, nutu significo; (2) vergo ad aliquid. Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, *Luc.* 1, 62.
Ἐννέωρος, ου, ὁ ἡ, novennis. Ex ὥρα.
Ἐννῆμαρ, *adv.* per novem dies. Ex ἦμαρ.
Ἐννήρης, scil. ναῦς, novem ordines remorum habens navis. Ab ἐννέα et ἐρέσσω.
Ἔννηφιν, in perendinum, perendie. Ex ἔννη pro ἔνη, et syllabica adjectione φι.
Ἐννοέω, ῶ, f. ήσω, mente concipio, cogito. Ἐσδιδέξαι θέλω τί ποτε ἐννοεῖ, *Plat.* Μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι κακῶν, *Eur. Med.* 46. Ab ἔννοος.
Ἐννόημα, ατος, τὸ, animi conceptus, cogitatio. A præc.
Ἐννόησα, *sensi,* aor. 1. ind. act. *Poet.* pro ἐνόησα, a νοέω.
Ἐννοητέον, cogitandum, *Steph.* Ab eod.
Ἔννοια, ας, ἡ, cogitatio. Ab eod.
Ἐννόμα, *adv.* legitime. Ab ἔννομος.
Ἐννομολέσχης, ου, ὁ, qui de legibus confabulatur. Ex ἐν, νόμος, *lex,* et λέσχη.
Ἔννομος, ου, ὁ ἡ, legitimus, legibus consentaneus, justus; (2) legi obnoxius.
Ἐννόμως, legitime, ex lege, secundum legem.
Ἔννοος, *contr.* ἔννους, ου, ὁ ἡ, mentis compos, sapiens, prudens.
Ἔννος, ου, ὁ, vetus. Ab ἔνος, ἔνη.
Ἐννοσέμεν, *movisse,* a. 1. inf. act. *Poet.* et *Ion.* pro ἐνόσαι, a verbo ἐνόθω.
Ἐννοσίγαιος, ου, ὁ, quassator terræ, epitheton Neptuni. Ex ἐνόθω et γαῖα, *terra.*
Ἐννοσίδας, ου, ὁ, idem, *Ern.* Ab
Ἔννοσις, εως, ἡ, idem quod ἔνοσις.
Ἐννοσίφυλλος, ου, ὁ ἡ, quatiens seu agitans folia seu frondes, in quo frondes seu folia agitantur. Ex ἐνόθω et φύλλον.
Ἐννοσσεύω, pullos gigno, nidificor.
Ἐννοσσοποιέω, idem.
Ἐννότιος, et ἔννοτος, ὁ ἡ, humidus, irriguus. A νοτία, *humor.*
Ἐννυκτερεύω, f. εύσω, pernocto in.
Ἔννυμι, vel ἕννυμι, induo. Χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν ἕννυσθαι, *Odyss.* 6, 28. Ex ἐν et νυός.
Ἐννυὸς, οῦ, ἡ, nurus. Ex ἐν et ἕω.
Ἐννυστάζω, dormio in loco aliquo.
Ἔννυτο, 3. sing. imperf. ind. med. v. ἕννυμι.
Ἐννυχεύω, excubo, *Soph.*
Ἐννύχιος, et ἔννυχος, ου, ὁ ἡ, nocturnus. A νύξ.
Ἔννυχον, et ἐννύχιον, *adv.* noctu; multa nocte. A præc.
Ἐννυχώτερον, *adv.* maturius, longius ante diem. Ab ἔννυχος.
Ἐννύω, induo. Ex ἐν et ἕω, *induo.*
Ἔννωθρος, ου, ὁ ἡ, torpidus.
Ἐννώσας, *qui mente concepit,* a. 1. part. act. *Ion.* pro ἐννοήσας, a verbo ἐννοέω.
Ἐνοδία, ων, τὰ, casses. Ab ἐνόδιος.
Ἐνοδία, ας, ἡ, Hecate, Diana. Ab eod.
Ἐνόδιος, ου, ὁ ἡ, in via positus, obvius; (2) quod incidit seu offertur in via; (3) aptus itineri, ut ὅπλα ἐνόδια, quibus uti solent viatores. (4) τὰ ἐνόδια, casses. (5) ἡ ἐνοδία θεὸς, Hecate, Trivia dea, *Soph. Antig.* 1199. Ex ἐν et ὁδός.
Ἔνοδμος, ου, ὁ ἡ, odoratus. Ex ἐν et ὀδμή.
Ἐνόθω, f. όσω, quatio, agito, moto.
Ἐνοδῖτις, ἡ, vialis Dea, præses viæ, dux viæ.
Ἐνοιδὴς, έος, ὁ ἡ, turgidus, tumidus. Ex ἐν et οἶδος, *tumor.*
Ἐνοικάδιος, ου, ὁ ἡ, domesticus. Ἐνοικάδιοι γαλεοὶ, *Aret.* Ex ἐν et οἶκος.
Ἐνοικειῶσαι, *familiarem reddidisse,* a. 1. inf. act. verbi ἐνοικειόω.
Ἐνοικέω, ῶ, f. ήσω, et *Poet.* ἐνοικειόω, incolo, inhabito. Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα, *Lycophr.* 951.
Ἐνοικήσιμος, ον, habitabilis.
Ἐνοίκησις, εως, ἡ, inhabitatio. Ab ἐνοικέω.
Ἐνοικίδιος, ον, domesticus.
Ἐνοικίζω, f. ίσω, in ædibus colloco, in domum introduco, domo excipio. Ἐνοικίζειν ἀλλότριον.
Ἐνοίκισμα, ατος, τὸ, inhabitatio.
Ἐνοίκιον, ου, τὸ, pretium conductæ domus; merces quæ hospiti datur, ad quem divertimus. Πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχὴν, grandem pro conducto domicilio mercedem corpori animum dependere, *Plutarch. Præcepta Sanitatis tuendæ,* 135. *Porphyrius de Abstinentia,* 373. Ex ἐν et οἶκος. Ab ἔνοικος.
Ἐνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, inædifico.
Ἔνοικος, ου, ὁ ἡ, incola, inquilinus, qui domum aliquo in loco habet.
Ἐνοικουρέω, ῶ, domi maneo.
Ἐνοινοφλυεῖν, vino se largius ingurgitare.
Ἐνοινοχοέω, ῶ, f. ήσω, vinum infundo.
Ἐνοκλάζω, f. άσω, genibus flexis subsido. Ὁ δὲ τοῖς ὀπισθίοις ἐνοκλάσας ἀνέχει τὴν δέρην, *Philostr. de Cane.*
Ἐνόλβιος, ὁ ἡ, beatus, prædives. Ἐνολβίῳ ὄλβια πάντα, omnia quidem sunt opulenta opulentis, *Theocrit.* 15, 24. Ubi vulgo legit ἐν ὀλβίῳ . . . . *Vide Ciar. Toup. ad Theocritum.*
Ἔνολβος, ὁ ἡ, idem. Παμπλάτους τε τίθησι καὶ ἐντρυφέας καὶ ἐνόλβους, *Maneth. Apotel.* 4, 85.
Ἐνολισθαίνω, labor in, nuto.
Ἔνολμος, ου, ὁ, divinus vates. Ex ἐν et ὅλμος, pro tripode, quia ex hoc inter alia Apollo olim responsa dabat.
Ἐνομίζοντο, 3. pl. imperf. ind. act. v. νομίζω.
Ἐνομιλέω, ῶ, f. ήσω, in consuetudine alicujus sum, conversor. Ex ἐν et ὅμιλος.
Ἐνομίλησε, 3. sing. a. 1. ind. act.
Ἐνομόργνυμι, f. ξομαι, abstergo, seu detergo in.
Ἐνὸν, *imperson.* cum liceat. Ab ἔνεστι.
Ἐνόντα, *quæ penes nos sunt,* nom. pl. part. præs. verbi ἔνειμι.
Ἐνοπὴ, ῆς, ἡ, vox, clamor. Ab ἐνέπω.
Ἐνοπλίζεσθαι, armari. Στρέψαν ἐνοπλισθεῖν ἀλήναις πλάτην, *Lycophr.* 205.
Ἐνόπλιος, ου, ὁ ἡ, qui in armis est vel sit.
Ἔνοπλος, ου, ὁ ἡ, idem. Ex ὅπλον.
Ἐνοπλισθῶμες, 1. pl. a. 1. conj. pass. *Dor.* pro ἐνοπλισθῶμεν, ab ἐνοπλίζω.
Ἐνοποιέω, ῶ, f. ήσω, unum facio.
Ἐνοποιὸς, οῦ, ὁ ἡ, unum faciens, vim uniendi habens.
Ἐνοπτρεύομαι, f. εύσομαι, intueor in speculum.
Ἐνοπτρίζω, f. ίσω, in modum speculi illumino. Hinc ἐνοπτρίζομαι, intueor velut in speculo. Ab
Ἔνοπτρον, ου, τὸ, speculum; (2) quidquid visum reflectit. Ex ἐν et ὄπτομαι, *video.*
Ἐνορᾷν, præs. inf. act. pro ἐνοράειν, ab ἐνοράω.
Ἐνοράω, ῶ, inspicio, animadverto. Ἦ μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει, *Arist. Av.* 163.
Ἐνόρασις, ἡ, spectatio, inspectio.
Ἐνόριος, ου, ὁ ἡ, qui intra terminos est.
Ἐνόρκιον, ου, τὸ, juramentum. Ab
Ἐνόρκιος, ου, ὁ ἡ, qui jurejurando fit. Ab
Ἔνορκος, ου, ὁ ἡ, juratus, jurejurando obstrictus vel confirmatus. Ἔνορκον θέσθαι, jurejurando obligare, *Soph. Phil.* 811. Σὺ μὲν πέπλευκας, οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ, οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, *Id. Ibid.* 72. Θεῶν ἔνορκον δίκαν, justitiam deorum jurejurando firmatam. *Id. Antig.* 368.
Ἐνόρκως, *adv.* jurato.
Ἐνορμάω, impello; *in med.* vado, venio.
Ἐνομήρης, ες, concordans, *Nic.* Ab ὅμηρος.
Ἐνορμίζω, f. ίσω, et ἐνορμίζομαι, navem in stationem appello, portum teneo vel capio. Τὴν ναῦν ἐνορμίζει λιμενίσκῳ τινὶ χαρίεντι, *Synes.*
Ἐνόρμισμα, τος, τὸ, statio navium. Ἐν ᾗ ἐνορμίσματα ἔμελλον ἕξειν, *App Bell. Civ.* 4, 106. Ἵνα μήτε ἐνορμίσματα ἢ ναύσταθμα γίνοιτο εὔκαιρα ἐπὶ τῇ Σικελίᾳ, *Id. Ibid.* 5, 97.
Ἐνορμίτης, ου, ὁ, qui in portu stationem habet. Ex ἐν et ὅρμος, *portus.*
Ἐνορούω, f. ύσω, irruo, insilio.
Ἐνόρχαν, acc. sing. *Dor.* pro ἐνόρχην.
Ἐνορχέων, gen. pl. *Ion.* pro ἐνόρχων, ab
Ἐνόρχης, ου, ὁ, qui unum habet testiculum.
Ἔνορχος, ου, ὁ ἡ, idem. Ab ἐν et ὄρχις.

Ἐνόρχης, ου, ὁ, testiculos habens, testiculatus.

Ἔνορχις, ιος, idem.

Ἐνόρω, excito, concito in; unde occurrunt ἐνῶρσας, excitasti, ἐνῶρτο, excitabatur. Τῇσιν δὲ γόον πάσῃσιν ἐνῶρσεν, *Il.* 6, 499. Ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, *Il.* 1, 599.

ἘΝΟΣ, vel ἔνος, ου, ὁ, annus.

ἘΝΟΣ, η, ον, vel ἕνος, ἕνη, ἕνον, annuus; (2) vetus. Hinc ἕνη et νέα, ultima dies mensis lunaris, quasi vetus et nova: pro vespera ἕνη quidam accipiunt, *ap. Theoc.*

Ἐνόσει, 3. sing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἐνόσεε, a νοσέω.

Ἔνοσις, εως, ἡ, motio, motus. Ἔνοσις δ' ἵκανε βαρεῖα Τάρταρον ἠερόεντα, *Hesiod. Theog.* 680. Ab ἐνόθω.

Ἐνοσίγαιος, ου, ὁ, terræ motor, epitheton Neptuni. Ex ἔνοσις et γαῖα, *terra.*

Ἐνοσίχθων, ονος, ὁ καὶ ἡ, idem.

Ἐνοσφίσθησαν, 3. pl. aor. 1. ind. pass. verbi νοσφίζω.

Ἑνότης, ητος, ἡ, unitas. Ab εἷς, ἑνός.

Ἐνοτοτύζω, fleo, *Eur.*

Ἔνουλα, ων, τὰ, gingivæ interiores, carnes dentes intra ambientes. Ex ἐν et οὖλον.

Ἐνουλισμὸς, οῦ, ὁ, crispatio, v. gr. comæ quæ fit calamistro. Ab ἐν et οὐλός.

Ἐνουράνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in cœlis est, cœlestis.

Ἐνουρέω, ῶ, f. ήσω, meio in; (2) urinam non contineo. Hinc

Ἐνουρήθρα, ας, ἡ, matula, matella.

Ἔνουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in urina est. Ex οὖρον.

Ἐνούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, substantialis; (2) substantiæ inhærens; (3) innatus; (4) opulentus.

Ἐνοφείλομαι, debeor de pecunia sub pignore.

Ἐνοφθαλμιάω, ῶ, oculos alicui rei adjicio, appeto. Ex ἐν et ὀφθαλμός.

Ἐνοφθαλμίζω, f. ίσω, inoculo, gemmam cum exiguo cortice in delibratam arborem insero. Εἴ τις ἐνοφθαλμίσειε δένδρον ἐν ὑπὸ πλειόνων διαφορῶν, *Diosc.* Ex iisd. Hinc

Ἐνοφθαλμισμὸς, οῦ, ὁ, inoculatio.

Ἐνοχὴ, ῆς, ἡ, obligatio, nexus. Ab ἐνέχομαι.

Ἐνόχιον, ου, τὸ, pretium pensionis.

Ἐνοχλέω, ῶ, turbo, molestus sum. Νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν, *Aristoph. Conc.* 303. Ἠνώχλουν τὰς πόλεις τὰς ἐν Πελοποννήσῳ, *Isocr.*

Ἔνοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tenetur quasi vinctus et obstrictus; (2) obnoxius, obstrictus, reus. Ex ἐν et ἔχω, *habeo, teneo.*

Ἑνόω, ῶ, f. ώσω, unio, aduno. Ab εἷς, ἑνός.

Ἐνῤῥάπτω, f. ψω, insuo, includo. Ἐνεῤῥάψατο ἐς τὸν μηρὸν, *Herodot.*

Ἐνῤῥάσσω, f. ξω, illido, irruo, nitendo effringo. Ὁ δὲ Σαμψὼν ἐνράσσει πύλαις, *Joseph.* Ab

Ἐνρήσσω, f. ξω, idem.

Ἐνῤῥιγόω, ῶ, frigeo in. Unde ἐνεῤῥίγωσα.

Ἐνῤῥιζόω, radices ago in.

Ἐνῤῥίπτω, f. ψω, conjicio in aliquem.

Ἐνῤῥυθμικὸς, ή, όν, qui rhythmos et numeros servat. Ab

Ἔνῤῥυθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, rhythmis et numeris constans.

Ἐνσαρόω, ῶ, f. ώσω, verro. Πόντου δ' ἄϋπνος ἐνσαρούμενος μυχοῖς, *Lycophr.* 753.

Ἐνσείω, f. είσω, incutio, infligo.

Ἐνσήθω, incerno, cribro transmitto.

Ἐνσημαίνω, et ἐνσημαίνομαι, significo, exprimo, imprimo. Τὴν αἰτίαν ἐνσημαινόμενος. *Themist.*

Ἐνσημειόομαι, οῦμαι, indico ubi aliquid sit.

Ἐνσιαλεύω, f. εύσω, inspuo. Ex ἐν et σίαλον.

Ἔνσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, simus, (nisi ἐν vim habet minuendi significationem, ut Lat. *sub*, Ern.)

Ἐνσινὴς, ές, innexus damnis, *Man.* A σίνω.

Ἐνσκευάζω, f. άσω, instruo, induo, orno. Ἱματίῳ δ' ἀνδρείῳ καὶ ὑποδήμασιν ἐνσκευάζει, *Plut.*

Ἐνσκηνοβατέω, ῶ, f. ήσω, in scenam vel proscenium produco. Ex ἐν, σκηνὴ, et βατέω.

Ἐνσκηπτέμεν, *Ion.* pro ἐνσκήπτειν, ab

Ἐνσκήπτω, f. ψω, ingruo, irruo ut fulmen. Τοῖσι τουτέων ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον, *Herodot.*

Ἐνσκιατροφέομαι, οῦμαι, vitam umbratilem dego.

Ἐνσκιῤῥοῦμαι, scirrhum duco, in scirrhum degenero.

Ἐνσκλήμι, exarefacio; *perf.* indurui, durus sum.

Ἐνσοριάζω, f. άσω, in loculo condo, sepelio. Ex ἐν et σορὸς, *tumulus.*

Ἔνσοφος, ὁ, intus sapiens, *Man.*

Ἐνσπαργανόω, ῶ, f. ώσω, fasciis involvo. Ἐνσπαργανοῦσθαι ἐπιτηδεύμασι, a teneris unguiculis imbui, *Longin.* 44.

Ἐνσπείρω, insero, insemino; (2) injicio.

Ἔνσπερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, in quo semen inest; (2) qui copioso est semine. Ex σπέρμα.

Ἔνσποδος, ου, ὁ καὶ ἡ, cineritius, pulverulentus.

Ἔνσπονδος, ου, ὁ καὶ ἡ, fœdere junctus, fœdere inclusus, confœderatus; (2) qui a bello fit amicus. Ἥξει δόμους τούσδ' ἔνσπονδος, fide publica accepta, *Eurip. Phœn.* 174. Ex ἐν et σπονδὴ, *fœdus.*

Ἐνσπόνδως, *adv.* more confœderatorum.

Ἐνστάζω, f. ξω, instillo.

Ἐνσταλάζω, f. ξω, idem.

Ἔνστασις, εως, ἡ, exordium rei institutæ; (2) intentio litis et causæ; (3) pugnax contentio; (4) propositum, institutum; (5) figura oratoria, seu argumentum contrarium ad refellendum adversarium. Ab ἐνίστημι.

Ἐνστάτης, ου, ὁ, qui in via obsistit; adversarius, inimicus. Τὸν σὸν ἐνστάτην, *Soph. Aj.* 104.

Ἐνστατικὸς, ή, όν, instans et urgens.

Ἐνστατικῶς, *adv.* instanter et pugnaciter, pertinaciter inficiando vel repugnando.

Ἐνστερνίζω, in pectore figo, *in med.* in pectoris sinum recipio, amplector, complector. Ex ἐν et στέρνον, *pectus.*

Ἐνστερνομαντίας, ου, ὁ, ex cujus pectore dæmon responsa dat. Ex ἐν, στέρνον, et μάντις.

Ἐνστερνόμαντις, εως, ὁ, idem et ex iisd.

Ἐνστερνόμαντις, ὁ, idem quod στερνόμαντις, *Hes.*

Ἐνστηθίζω, idem quod ἐνστερνίζω.

Ἐνστηρίζω, f. ίξω, infigo, adigo in.

Ἐνστίζω, f. ίξω, acu pingo in.

Ἐνστοιβάζω, instipo.

Ἐνστομίζω, f. ίσω, frænum injicio. Hinc

Ἐνστόμισμα, ατος, τὸ, frænum:

Ἐνστόμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in ore est:

Ἔνστομος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex στόμα.

Ἐνστρατοπεδεύω, s. εύομαι, castra metor seu pono in.

Ἐνστρέφω, f. ψω, intorqueo. Ἔνθά τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, *Il.* 5, 306.

Ἐνστύφω, f. ψω, adstringo linguam; (2) spisso.

Ἐνσύνθηκος, qui stat a legibus fœderis, qui fœdus non violat. Τὴν Μιθριδάτου φιλίαν, ἐνσύνθηκον ἔτι οὖσαν, αἰδούμενοι, *Appian. Mithr.* 14.

Ἐνσφηνόω, ῶ, f. ώσω, cuneum intrudo, impingo velut cuneum; (2) spisso, velut adacto cuneo.

Ἐνσφραγίζω, f. ίσω, signum imprimo, nota insignio.

Ἐνσφρηγίζω, pro ἐνσφραγίζω, *Ep.*

Ἐνσχέδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, levis, inelaboratus. Ἐνσχέδιος κάθαρσις, *Aret.*

Ἐνσχερῶ, *adv.* directo ordine, *Ap.*

Ἐνσχολάζω, f. άσω, immoror, versor in.

Ἐνσώματος, ου, ὁ καὶ ἡ, corporeus, corporatus.

Ἐνσωματόω, ῶ, f. ώσω, corporea natura induo, in corpus immitto, corpore amicio.

Ἐνσωμάτωσις, εως, ἡ, animarum in corpora immissio; (2) incarnatio. A præc.

Ἐνσωρεύω, f. εύσω, accumulo, obruo.

Ἐντακεὶς, a. 2. part. pass. verbi ἐντήκω.

Ἐνταλθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ἐντέλλω.

Ἔνταλμα, ατος, τὸ, mandatum. Ab ἐντέλλω.

Ἐνταμιεύω, f. εύσω, recondo, in thesaurum refero.

Ἐντάμνω, incido, *Ionice*, pro ἐντέμνω.

Ἐντανύω, f. ύσω, intendo. Νευρὴν ἐντανύσειν, *Odyss.* 21, 97.

Ἐνταράσσω, f. ξω, turbo, perturbo.

Ἔντασις, εως, ἡ, intensio. Ab ἐντείνω.

Ἐντάσσω, vel ἐντάττω, f. ξω, interjicio, interpono; (2) constituo.

Ἐντατικὸς, ή, όν, intendendi vim habens. Ab ἐντείνω.

Ἐντατὸς, ή, όν, intentus. Ab eod.

Ἐνταῦθα, *adv.* hic, illic, huc, eo; (2) in me (nempe δεικτικῶς). Ἐνταῦθ' ἔνι, in me situm est, in me positum est, a me pendet, *Soph. Œd. Tyr.* 598. Ab ἔνθα.

Ἐνταυθοῖ, *adv.* idem et ab eod.

Ἐνταφιάζω, f. άσω, funero, ad sepulturam corpus compono. Πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν, *Matt.* 26, 12. Ex ἐν et θάπτω.

Ἐνταφιάσαι, *funerasse*, a. 1. inf. act.

Ἐνταφιασμὸς, οῦ, ὁ, funeratio. Ab ἐνταφιάζω.

Ἐνταφιαστὴς, οῦ, ὁ, funerator, libitinarius.

Ἐνταφιοπώλης, ου, ὁ, qui vendit ea quæ ad sepulturam pertinent, libitinarius. Ex ἐντάφιος et πωλέω, *vendo.*

Ἐντάφιον, ου, τὸ, vestis quæ induitur cadaveri ornandi causa. Τὰ ἐντάφια, inferiæ. Ἐντάφια χεροῖν φέρουσαν, *Soph. El.* 326.

Ἐντάφιος, ου, ὁ καὶ ἡ, sepulcralis, funebris. Ab ἐνθάπτω.

ἜΝΤΕΑ, ων, τὰ, arma; (2) instrumenta, vasa convivalia.

Ἐντειλάμενος, aor. 1. part. med. v. ἐντέλλω.

Ἐντείνω, f. ενῶ, intendo manum, &c. (2) cædo, ferio; (3) versibus exprimere, et addito εἰς ἔπος. Ἐντείνειν ἐν τῇ ποιήσει, *Plat.* πληγὰς, *Luc.* Ἐντείνομαι τόξον, *Xen.* Βοῦν ἢ λέοντ' ἤλπιζες ἐντείνειν βρόχοις; *Eurip. Andr.* 721.

Ἐντειχίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui muris se continet, qui muris inclusus est. Ab

Ἐντείχιος, ου, ὁ καὶ ἡ, muro cinctus.

Ἐντειχίζω, f. ίσω, munimentum et murum ædifico, muro cingo. Hinc

Ἐντείχισις, εως, ἡ, muri seu munimenti in loco aliquo exstructio.

Ἐντεκμαίρομαι, colligo, conjicio, judico.

Ἐντεκνέω, ῶ, f. ήσω, liberos procreo in.

Ἔντεκνος, ον, liberos habens. A τέκνον.

Ἐντέλεια, ας, ἡ, perfectio. Ab ἐντελής.

Ἐντελειότης, ἡ, perfectio, *V. L.* A τέλειος.

Ἐντελεῖται, 3. sing. f. 2. ind. med. v. ἐντέλλω.

Ἐντελευτάω, ῶ, f. ήσω, finio vitam in, morior in.

Ἐντελέχεια, ας, ἡ, perfectio; (2) actus. Ab

Ἐντελεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ. Vide ἐνδελεχής.

Ἐντελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, perfectus; ἐντελεῖς, principes quoque dicuntur, et ordines superiores. Ἐντελὲς δεῖπνον, cœna recta, *Luc.* eximius, præstanti corpore. Ταυροκτονεῖ μὲν, δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων, λείας ἀπαρχὴν, βοῦς, *Soph. Trach.* 760. Καὶ δεύτερον τόνδε καιρὸν ἐντελοῦς ἔργου μεθῆκεν, occasionem autem absolvendæ victoriæ jam altera vice e manibus dimisit, *App. Bell. Civ.* 2, 62. Ex τέλος.

Ἐντέλλω, et ἐντέλλομαι, mando, jubeo. Τοῖς κόραξιν ἐντελοῦμαι διατρέφειν σε ἐκεῖ, 1 *Reg.* 17, 4. Ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, *Act.* 13, 47.

Ἐντελομίσθος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui plenam accipit mercedem. Ex ἐντελὴς et μίσθος.

Ἐντελῶς, *adv.* perfecte, absolute.

Ἐντεμενίζω, f. ίσω, dedico signum Dei in æde.

Ἐντέμνω, incido; (2) cæsas hostias immolo, sed heroibus; (3) dedico heroi. Ἐντεμεῖν σφάγια Περιφήμῳ, *Plut.*

Ἐντενὲς, *adv.* contente, *Ap.*

Ἐντενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, intentus, contentus. Ab ἐντείνω.

Ἐντερεύω, f. εύσω, exentero. Ex ἐν et ἔντερον.

Ἐντερικὸς, ή, όν, intestinalis. Ab ἔντερον.

Ἐντεριώνη, ης, ἡ, interior pars cujuslibet rei, ut medulla, nucleus, &c. (2) intima pars navis. Ab eod.

Ἐντεριωνὶς, ίδος, ἡ, idem et ab eod.

Ἐντεροεπιπλοκήλη, ης, ἡ, tumor scroti intestino et omento simul in ipsum devolutis. Ex ἔντερον et ἐπιπλοκήλη, *hernia*, quum omentum descendit in scrotum.

Ἐντεροκήλη, ης, ἡ, ramex, tumor scroti ex delapso in id intestino. Ex ἔντερον et κήλη.

Ἐντεροκηλήτης, ου, ὁ, ramicosus, *Gl. V.*

Ἐντεροκηλικὸς, idem.

Ἔντερον, ου, τὸ, intestinum, ἔντερα γῆς, lumbrici, qui ἴουλοι alias dicuntur, centipedæ.

Ἐντερόνεια, ων, τὰ, interiora navis ligna quæ a carina initium ducunt; (2) ipsa carina navis. A præc. quod ab ἐντός.

Ἐντεροπώλης, ὁ, qui viscera, farcimina vendit.

Ἔντεσι, *armis*, dat. plur. ab ἔντος, plur. ἔντεα.

Ἐντεσιεργος, ου, ὁ καὶ ἡ, subjugalis. Epith. mulorum. Ex ἔντεα et εἴργω, *coerceo.*

Ἐντεσιμήστωρ, ὁ, armorum peritus, bellicosus, *Steph.* Ab ἔντεα.

Ἐντεσιεργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, idem, *Var. L. ap. Hom. Ern.* al. armorum opifex. Ex ἔργον et ἔντεα.

Ἐντέταλται, 3. sing. perf. ind. pass. verbi ἐντέλλω.

Ἐντεταμένος, part. perf. pass. verbi ἐντείνω.

Ἐντεταμένως, *adv.* vehementer.

Ἐντέταται, 3. sing. perf. ind. pass. v. ἐντείνω.

Ἐντετύχηκα, perf. ind. act. v. ἐντυγχάνω.

Ἐντεῦθεν, *adv.* hinc, ex eo, exinde.

Ἐντευθενὶ, *adv.* idem, *Attice.* Ab ἔνθα.

Ἔντευξις, εως, ἡ, aditus, congressus; (2) cujus causa fit aditus, ut postulatio, preces, gratiarum actio; (3) lectio. Ab ἐντυγχάνω. Unde

Ἐντευκτικὸς, ἡ, ὸν, qui conveniri et compellari facile potest, adfabilis, comis.

Ἐντευτλανόω, cum betis coquo.

Ἔντεφρος, ου, ὁ ϗ ἡ, in quo cinis est; (2) cinereus; (3) referens id in quo cinis est.

Ἐντεχνία, ας, ἡ, peritia, eruditio. Ab

Ἔντεχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, doctus, artibus instructus, peritus; (2) ab arte profectus, artificiosus.

Ἐντέχνως, perite, cum magna arte. A τέχνη.

Ἐντήκω, f. ξω, illiquefacio, instillo; (2) imprimo, injicio animo, v. gr. studium, &c. (2) ἧδε τ', οὐδ' ἂν εἰ κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, *Soph. Trach.* 462. Μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκ' ἐμοί, odium enim vetus penitus mihi infixum inhæret, *Id. Elect.* 1311. Τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ, insedit, *Lucian. in Peregrin.*

Ἐντὶ, *est*, vel *sunt*, *Dor.* pro ἐστὶ vel εἰσὶ, ab εἰμί.

Ἐντίθημι, fut. ήσω, impono; (2) insero, indo, immitto. Ἐνέθηκε δὲ χειρὶ ἅρπην καρχαρόδοντα, *Hesiod. Theog.* 174.

Ἐντίκτω, f. έξω, ingenero, insero; (2) injicio menti alicujus, v. gr. opinionem. Ἵνα τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τοῖς ἀκούουσιν ἐντέκῃ λόγον ἄξιον, *Longin.* 16.

Ἐντιλάω, ῶ, fut. άσω, caco in vel ad; (2) merda seu stercore inquino.

Ἐντιμάομαι, ῶμαι, æstimatum accipio.

Ἔντιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in honore et pretio habetur, spectabilis, honorabilis, honestus, honorificus. Ex ἐν et τιμὴ, *honor.* Hinc

Ἐντιμότης, ητος, ἡ, dignitas.

Ἐντίμως, *adv.* honeste, honorifice. Ab eod.

Ἐντιναγμὸς, οῦ, ὁ, incussio. Ab

Ἐντινάσσω, vel ἐντινάττω, f. ξω, incutio.

Ἐντιτρωνίζω, tribus aquæ portionibus misceo. *Vox Comica*, Ar.

Ἔντμημα, ατος, τὸ, incisura. Ab ἐντέμνω.

Ἔντο, 3. plur. a. 2. ind. med. verbi ἵημι.

Ἔντοκος, ον, pariens; sub usuris collocata pecunia sic dicitur, quia quasi gignit.

Ἐντολὴ, ῆς, ἡ, mandatum. Ab ἐντέλλομαι.

Ἐντολμάω, f. ήσω, audeo.

Ἔντομα, ων, τὰ, insecta, ut vespæ, formicæ; (2) victimæ, inferiæ. (2) ἔντομα μήλων κεῖαν, pecudes cæsas cremarunt, *Apoll. Rhod.* 1, 587. Ἥγνισαν ἔντομα μήλων, cæsas pecudes cremarunt, *Id.* 2, 928.

Ἐντομὴ, ῆς, ἡ, incisio.

Ἐντομίας, ου, ὁ, eunuchus, spado, exsectus.

Ἐντομίδης, ου, ὁ, qui in funere se laniat, aut qui τὰ ἔντομα, i. e. insecta mactat, aut inferias infert.

Ἐντομὶς, ίδος, ἡ, incisio, incisura; (2) laceratio corporis, quæ ab ethnicis in luctu fiebat. Ab eod.

Ἔντομος, ου, ὁ ϗ ἡ, sectus, incisus; unde (2) ἔντομα, animalcula, insecta; sacra heroica. *Gl. V.* inferiæ.

Ἐντονία, ας, ἡ, firmitas, intensio. A seq.

Ἔντονος, ου, ὁ ϗ ἡ, intensus; (2) acer, vehemens. Ab ἐντείνω.

Ἐντόνως, *adv.* intente; (2) acriter, enixe.

Ἐντοξεύω, sagitta ferio, et tropice animo injicio, velut amorem.

Ἐντοπίζω, fut. ίσω, in loco aliquo dego, sedem non muto. Ab

Ἐντόπιος, ου, ὁ ϗ ἡ, inquilinus, loci incola.

Ἔντοπος, ον, idem. Προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε, βᾶτ' ἔντοποι, *Soph. Œd. Col.* 841. Ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων, *Soph. Phil.* 1170. Ex τόπος.

Ἐντορεύω, f. εύσω, perforo; (2) ferro trajicio; (3) penetro; (4) cælo, insculpo.

Ἐντορνεύω, torno rado.

Ἔντορνος, ου, ὁ ϗ ἡ, tornatus, torno confectus.

Ἐντὸς, *adv.* intus, intra. Ab ἐν.

Ἔντοσθε, *adv.* intus, intra. Ab ἐντός.

Ἐντοστηθίδια, τὰ, interiora pectoris, *Poll.* Ex ἐντὸς et στῆθος, *pectus.*

Ἔντοσθι, *adv.* intus, intra. Ab ἐντός. Unde

Ἐντόσθια, ων, τὰ, intestina, viscera.

Ἐντοσθίδια, ων, τὰ, idem, (potius ἐντοσθιαῖα.)

Ἐντραγεῖν, comedere.

Ἐντραγῳδέω, tragœdias ago, in re aliqua me jacto.

Ἐντραπεζίτης, ου, ὁ, parasitus, mensæ adsecla, (pro συντραπεζίτης, et sæpe ἐν in comp. usurpatur pro σύν.)

Ἐντραπεζῖτις, ιδος, ἡ, parisitastria.

Ἐντραπῇ, 3. sing. a. 2. conj. pass. v. ἐντρέπω.

Ἐντραχὺς, in quo asperitas est.

Ἐντρεπτικὸς, ἡ, ὸν, pudefaciendi, terrendi vim habens, pudore adficiens. Ab ἐντρέπω.

Ἐντρεπτικῶς, *adv.* pudore adficiendo.

Ἐντρέπω, fut. ψω, pudore adficio, facio ut præ pudore aliquis faciem avertat. Hinc (2) ἐντρέπομαι, pudore suffundor, verecundor, revereor, timeo; (3) curo, curam habeo; (4) mutor, flector; (5) dolore afficior, moveor. Οὐχ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, 1 *Cor.* 4, 14. Ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος, *Luc.* 18, 2. Μηδέ γ' ἐντρεπώμεθα, *Soph. Œd. Col.* 1541.

Ἐντρέφω, f. θρέψω, innutrio, nutrio vel alo in. Μακρῷ χρόνῳ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ἐντεθραμμένη, *Herodian.*

Ἐντρέχεια, ας, ἡ, solertia. Ab

Ἐντρεχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, velox; (2) solers, acutus, acer, in utramque partem. Ab

Ἐντρέχω, curro in; (2) convenio, quadro; (3) inhæreo, insideo. Ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα, *Il.* 19, 385.

Ἐντρεχῶς, *adv.* citatim, solerter. Ab ἐντρεχής.

Ἐντριαίνας, tridentem gerens; epith. Neptuni, *Pind.* Ex ἐν et τρίαινα.

Ἐντριβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, diligenter versatus in aliqua re, adsuetus, tritus; (2) tritus, de via. (1) πρὶν ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ, *Soph. Antig.* 176. (2) ἣ καὶ νῦν ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐντριβὴς, per montes trita via, *Appian. Bell. Annibal.* 4. Ἀρχαῖς τε ϗ νόμοισιν ἐντριβὴς, *Soph. Antig.* 183. Ab

Ἐντρίβω, f. ψω, intero, infrico; (2) infligo, incutio, impingo; (3) tero. Hinc

Ἔντριμμα, ατος, τὸ, id quod infricatur faciei; fucus, cerussa.

Ἔντριτος, ου, ὁ ϗ ἡ, triplex.

Ἔντριτος, ου, ὁ, sequester.

Ἔντριχον, ου, τὸ, coma apposititia, galericulum.

Ἔντριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui galericulo utitur ob comæ penuriam. Ex ἐν et θρίξ. Hinc

Ἐντρίχωμα, ατος, τὸ, pars sub oculis, seu extima palpebra, qua pili longiusculi enascuntur.

Ἐντρίχωσις, εως, ἡ, palpebra. Ab eod.

Ἔντριψις, εως, ἡ, infrictio, illitus v. gr. cerussæ vel pigmenti in cutem. Ab ἐντρίβω.

Ἔντρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, tremefactus.

Ἐντροπαλίζομαι, convertor, respecto inter eundum.

Ἐντροπὴ, ῆς, ἡ, verecundia, pudor, reverentia; (2) excusatio; (3) cum cedimus alicujus dictis, precibus.

Ἐντροπία, *Ion.* ἐντροπίη, idem. Ab ἐντρέπω.

Ἐντροπίας, ου, ὁ, mutatus, ut ἐντροπίας οἶνος, vappa. Ab ἐν et τροπὴ, *mutatio.*

Ἐντροπίδες, ων, αἱ, calceamenta quædam.

Ἔντροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, innutritus, adsuefactus in. Σὺ γάρ με μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον, *Soph. Œd. Col.* 1362. Ἔντροφος παλαιᾷ ἁμέρᾳ, longævus, *Id. Aj.* 627. Ab ἐντρέφω.

Ἐντρυλίζειν, inclamare in aurem, coturnici sc. victæ in certamine; nam peculiariter id sic dicebatur, *Poll.*

Ἐντρυφάω, ῶ, f. ήσω, oblecto me; (2) luxuriose utor; (3) illudo, insulto. Υἱὸς ἐντρυφῶν τῇ μητρὶ, *Plut.* Ἐντρυφήσαντι ἐπὶ τῆς γῆς, *Jac.* 5, 5. Hinc

Ἐντρύφημα, ατος, τὸ, oblectamentum, deliciæ.

Ἐντρυφὴς, mollis, luxu perditus. Παμπλούτους τε τίθησι καὶ ἐντρυφίας καὶ ἐνολβους, *Maneth. Apotelesm.* 4, 85.

Ἐντρύχομαι, molestiam creo, *Ern.*

Ἐντρώγω, unde ἐντραγεῖν, in a. 2. comedens ingero in ventriculum; (2) comedo.

Ἐντυγχάνω, f. ἐντεύξομαι, a. 2. ἐνέτυχον, perf. ἐντετύχηκα, occurro alicui; (2) compello, adeo aliquem præcandi causa, interpello; (3) invenio; (4) lego. Τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω, *Soph. Aj.* 433. Εἰ γὰρ ἐντύχῃ τὶς ἥρωϊ τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ, *Aristoph. Av.* 1497. (4) ἐπιθυμητὴς ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν, *Joseph. cont. Apionem*, 2, 4. *apud Herodian.* 4. *Plutarch. in Lycurg.*

Ἔντυε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἤντυε, ab ἐντύω.

Ἐντυλίσσω, vel ἐντυλίττω, f. ξω, involvo. Ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι, *Aristoph. Nub.* 983.

Ἐντυλόω, ῶ, f. ώσω, callum obduco.

Ἐντύνασθαι, a. 1. inf. med. verbi ἐντύνω.

Ἔντυνον, 2. sing. aor. 1. imperat. act.

Ἐντύνω, f. υνῶ, apparo, instruo. Πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον, *Lycophr.* 734. Ab ἔντεα, *arma.*

Ἐντυπὰς, *adv.* sic adstricta veste, ut figura corporis appareat, obvolvendo v. gr. os, ut in luctu.

Ἔντυπος, ου, ὁ ϗ ἡ. impressus: *oppon.* πρόστυπος, quod vide. Hinc

Ἐντυπόω, ῶ, f. ώσω, imprimo; (2) formam et effigiem imprimo, cælo. Φασὶ τὸν Φειδίαν τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, *Aristot.*

Ἐντύπωσις, εως, ἡ, humeri acetabulum, ubi cum brachio coalescit. A præc.

Ἐντυπωτὴς, οῦ, ὁ, cælator.

Ἐντυραννέομαι, οῦμαι, tyranno subjectus sum.

Ἐντύφω, incendo; (2) intus foveo; (3) foveo.

Ἐντυχία, ας, ἡ, congressus, colloquium, compellatio, etiam per literas, legatos. Ab ἐντυγχάνω.

Ἐντύω, paro, adorno, instruo. Ab ἔντεα.

Ἐνυαλίοιο, gen. sing. *Ion.* pro Ἐνυαλίου. Ab

Ἐνυάλιος, ου, ὁ, Mars; (2) bellicosus, Martius. Ab Ἐνυὼ, *Bellona.*

Ἐνυβρίζω, f. ίσω, contumelia adficio, injurius et contumeliosus sum in aliquem. Τὸ σὸν φράσον αὖθις πάλιν μοὶ πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν, *Soph. Phil.* 341. Hinc

Ἐνύβρισμα, ατος, τὸ, contumelia, ludibrium.

Ἐνυγροθηρευτὴς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, piscator.

Ἐνυγροθηρικὸς, ὸν, in aqua venans.

Ἔνυγρος, ου, ὁ ϗ ἡ, humidus, madens; (2) in humido degens, aquatilis.

Ἐνυδρέω, ῶ, f. ήσω, humesco, madesco.

Ἐνυδρία, ας, ἡ, aquæ copia, aquatio.

Ἐνυδρὶς, ίδος, vel ἔνυδρις, ιδος, ἡ, lutra.

Ἐνυδρόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, in aqua vivens, aquatilis.

Ἔνυδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aquas in se habens; (2) aquis abundans, aquis irriguus; (3) in aquis degens, aquaticus. Ex ἐν et ὕδωρ.

Ἐνυδρόω, ῶ, f. ώσω, aquosum reddo.

Ἐνυεῖον, ου, τὸ, templum Bellonæ, vel etiam Martis. Ab Ἐνυώ.

Ἔνυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui inest materia, materia constans, materialis. Ex ἐν et ὕλη.

Ἐνυμενόσπερμος, ου, ὁ ϗ ἡ, semen habens membranis inclusum. Ex ἐν, ὑμὴν, et σπέρμα.

Ἐνυμφοκόμησε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi νυμφοκομέω.

Ἔνυξαν, 3. pl. aor. 1. ind. act. verbi νύττω.

Ἐνυπάρχω, f. ξω, insum, sum insitus; (2) antecedo.

Ἐνυπνιάζω, et ἐνυπνιάζομαι, somnio. Ἐνυπνιάζει τῶν ζώων μάλιστα ὁ ἄνθρωπος, *Aristot.* Ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, *Act.* 2, 17.

Ἐνυπνιαστὴς, οῦ, ὁ, somniator. A præc. Ab

Ἐνύπνιον, ου, τὸ, insomnium. Hinc *adv.* ἐνύπνιον, per somnum. Ex ἐν et ὕπνος.

Ἐνυπνιώδης, ες, somnio similis, vanus, inanis.

Ἐνυποπνίγω, suffoco in, v. gr. aqua.
Ἐνυπόσαπρος, ὸν, cui aliquid puris inest, purulentus.
Ἐνυπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in rerum natura est, voc. *Eccles.* de natura humana Christi. Ex ὑφίστημι.
Ἐνύσταξε, 3. sing. aor. 1. ind. act. verbi νυστάζω.
Ἔνυστρον, ου, τὸ, magnum intestinum. Ex ἐν et ὕστερος, *posterior*, quia est in postrema corporis parte.
Ἐνυφαίνω, f. ανῶ, intexo.
Ἐνύφαντος, ον, intextus. A præc.
Ἐνύφασμα, ατος, τὸ, quod intextum est, tela auro &c. intexta. Ab eod.
Ἐνυφίστημι, insero. *In* aor. 2. insum, ut pars in toto.
ἘΝΥΩ', όος, *contr.* οῦς, ἡ, Enyo, Bellona, Dea belli, Martis soror.
Ἐνωθέω, impello, intropello. Μυχάτῃ ἐνέωσε ἠϊόνι, *Apoll. Rhod.* 4, 1243.
Ἐνώμα, *quatiebat*, 3. sing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἐνώμαε, a verbo νωμάω.
Ἔνωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui adhuc aliquid cruditatis inest, acerbus, subcrudus.
Ἐνωμοτάρχης, ου, ὁ, qui præest certo numero militum, qui ἐνωμοτία dicebatur.
Ἐνωμοτία, ας, ἡ, apud Laced. certus numerus militum, 24, vel, secundum alios, 25. Ab
Ἐνώμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, juratus, qui juravit, juramento obstrictus. Ex ἐν et ὄμνυμι.
Ἐνωμότως, *adv.* cum jurejurando, jurato.
Ἐνωπαδὶς, *adv.* coram. Ab ἐνωπή.
Ἐνωπαδίως, coram. Ab eod.
Ἐνωπὴ, ῆς, ἡ, adspectus. Ex ἐν et ὤψ, *oculus.*
Ἐνωπῇ, *adv.* manifeste, coram, proprie.
Ἐνώπια, τὰ, *apud Hom.* paries vicinus ostio aut adversus, qui est in adspectu.
Ἐνωπιδίως, *adv.* coram. Ab
Ἐνώπιον, *adv.* in conspectu, coram. Ab
Ἐνώπιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in alicujus præsentia aliquid facit aut dicit. Ab ἐνωπή.
Ἐνωραΐζομαι, f. ίσομαι, placeo mihi, ostento me in. Γυναιξὶν ἐνωραϊζόμενος, *Luc.*
Ἔνωρος, in flore ætatis constitutus, tempestivus, vegetus. Ab ἐν et ὥρα, *tempus.*
Ἐνῶρσε, *irruit*, 3. sing. a. 1. ind. act. *Æol.* pro ἐνῶρε, a verbo ἐνόρω.
Ἐνῶρτο, *irruerat*, 3. sing. plusq. perf. ind. pass.
Ἐνωσάμην, *cogitavi*, a. 1. ind. med. *per Crasin*, pro ἐνοησάμην, a νοέω.
Ἐνῶσι, 3. pl. præs. conj. verbi ἔνειμι.
Ἕνωσις, εως, ἡ, unitas, conjunctio. Ab ἑνόω.
Ἐνώτη, ης, ἡ, idem quod ἐνώτιον, *Hes. ex Soph.*
Ἐνωτίζομαι, f. ίσομαι, auribus percipio. Ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου, *Act.* 2, 14. Ab ἐν et οὖς, *auris.*
Ἐνωτικοίτης, ου, ὁ, aures habens ad pedes usque dependentes, ut in iis dormire videatur.
Ἑνωτικὸς, ἡ, ὸν, vim uniendi habens. Ab ἑνόω.
Ἐνώτιον, ου, τὸ, inauris, *Plat.* ἐνώτια τὰ, inaures. Ab ἐν et ὠτίον.
Ἐνωτίσασθε, 2. pl. a. 1. imperat. med. verbi ἐνωτίζομαι.
Ἐνωχλήθην, a. 1. ind. pass. verbi ἐνοχλέω.
Ἔνωχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, pallidus.
Ἕξ, οἱ, αἱ, τὰ, sex.
Ἐξ, *præpos.* e, ex, sequente vocali vel diphthongo, quæ ἐκ scribitur sequente consona.
Ἑξάβιβλος, ον, sex libris constans.
Ἔξαγε, *eduxit*, 3. sing. aor. 2. ind. act. *Ion.* pro ἐξῆγε, ab ἐξάγω.
Ἐξάγαγε, 2. sing. a. 2. imperat. act. *Att.* pro ἔξαγε.
Ἐξαγαγεῖν, a. 2. inf. act. *Att.* pro ἐξαγεῖν.
Ἐξάγαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, admiratione dignus.
Ἐξαγγελεὺς, έως, ὁ, nuncius, nunciator. Ex ἐξ et ἄγγελος.
Ἐξαγγέλλω, f. ελῶ, enuncio, prædico, nuncio; (2) narro, expono; (3) prædico, laudo, *N. T.* indico. Πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις, *Plut.* Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν, *Il.* 5, 390.
Ἐξαγγελία, ας, ἡ, nunciatio; (2) divulgatio.
Ἐξάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui nunciat iis qui foris sunt ea quæ intus sunt; enunciator; (2) index, qui in fabulis aliquid e scena adfert.
Ἐξαγγελτικὸς, ἡ, ὸν, nunciandi vim habens.
Ἐξάγγελτος, ου, ὁ καὶ ἡ, patefactus per famam; (2) proditus, enunciatus.
Ἐξαγγίζω, f. ίσω, effundo e vase. Ab ἄγγος.
Ἐξαγίζω, impurum declaro, ob piaculum expello; item extermino, simpliciter.
Ἐξαγινέω, pro ἐξάγω, *congrego.*
Ἑξάγιον, ου, τὸ, sextula, pondus pendens quatuor scrupula. Ex ἕξ et ἄγω, *pendo.*
Ἐξάγιστος, impurus, piaculo obstrictus, exterminatus, exsecratus: (2) sacer, venerandus, valde sanctus. Ἃ δὲ ἐξάγιστα, μηδὲ κινεῖται λόγῳ, αὐτὸς μαθήσει, *Soph. Œd. Col.* 1526. Ex ἐξαγίζω.
Ἐξαγκωνίζω, f. ίσω, medium aliquem comprehendo, ut fit in lucta. Ex ἐξ et ἀγκών.
Ἐξαγοράζω, f. άσω, redimo. Ἐξαγοράζει κόσμον μεγάλης τιμῆς, *Nazian.*
Ἐξαγόρευσις, εως, ἡ, indicatio rei arcanæ:
Ἐξαγορευτικὸς, ἡ, ὸν, enuntiandi vim habens, exprimens v. gr. cogitata.
Ἐξαγορεύω, f. εύσω, effutio, enarro, confiteor. Ἑκάστη ὃν γόνον ἐξαγόρευεν, *Odyss.* 11, 233.
Ἐξαγριαίνω, effero, exaspero, exacerbo.
Ἐξαγριόω, ῶ, f. ώσω, agrestem reddo; (2) effero, exaspero; (3) item, asper sum. Hinc
Ἐξαγρίωσις, εως, ἡ, mutatio in naturam silvestrem; (2) efferatio, exasperatio.
Ἐξάγω, educo; (2) exporto; (3) subduco; (4) proveho; (5) induco, incito, impello; (6) perduco; (7) exeo; (8) aperio, patefacio; (9) violentas manus infero. Οὓς ἐξῆγον κλαίοντας ἀεὶ, *Aristoph. Pace*, 743. Ἐξήχθη ὁ περίβολος, exstructus, *Thuc.* (9) ἑαυτὸν ἐξαγαγόντος, cum sibi manus intulisset, *App. Bell. Civ.* 2, 23. Ἐξήγαγεν ἑαυτὴν, mortem sibi ipsa conscivit, *Plutarch. Apophthegm. Lacænar.* 242.
Ἐξάγω, frango. Ἐξ αὐχένα ἄξει πόρτιος, *Il.* 5, 161. Πρέμνοθεν ἐξεαγεῖσα, radicitus effracta, *Apoll. Rhod.* 4, 1686.
Ἐξαγωγεὺς, έως, ὁ, deductor, qui v. gr. præsidia ex urbibus deducit.
Ἐξαγωγὴ, ῆς, ἡ, eductio; (2) exportatio; (3) demigratio e vita, mors violenta, omninoque finis alicujus rei, exitus. Ab ἐξάγω.
Ἐξαγώγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui exportatur. Hinc τὰ ἐξαγώγιμα, ων, merces quæ exportantur; (2) qui effert, educit aliquid, ut cloaca. ἐξαγώγιμος sordium. Ab eod.
Ἐξαγωνίζομαι, certo.
Ἑξαγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, sexangulus, qui sex habet angulos. Ex ἕξ et γωνία.
Ἑξάγωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd.
Ἑξαδάκτυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, sex habens digitos.
Ἑξάδαρχος, ου, ὁ, sex virorum præfectus.
Ἐξάδελφος, ου, ὁ καὶ ἡ, natus ex fratre vel sorore.
Ἑξάδραχμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui sex drachmarum est, qui sex drachmis venditur. A δραχμή.
Ἐξαδρύνεσθαι, ad perfectam maturitatem pervenire.
Ἐξαδυνατέω, ῶ, f. ήσω, elangueo, debilior fio, deficio. Ἐξαδυνατῶν τῷ σώματι, *Plut.*
Ἐξᾴδω, f. σω, excanto, incantatione libero.
Ἐξαείρω, extollo, elevo.
Ἐξαερόω, ῶ, f. ώσω, in aerem converto, extenuo. Hinc ἐξαερόομαι, in aerem convertor, evanesco, item ab aere perflo. Ex ἀήρ.
Ἑξάετες, *adv.* per sex annos, sexennio.
Ἑξαέτης, ου, ὁ, sexennis. Ex ἕξ et ἔτος.
Ἑξαετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem et ex iisd.
Ἑξαετία, ας, ἡ, sexennium. A præc.
Ἑξαήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, sex dies habens vel durans. Hinc τὸ ἑξαήμερον, ου, spatium sex illorum dierum quo mundus a Deo conditus fuit. Ex ἕξ et ἡμέρα, *dies.*
Ἐξαθέλγω, f. ξω, emulgeo, exsugo.
Ἐξαθερίζω, f. ίσω, vilipendo, contemno.
Ἔξαθλος, ὁ, qui certare (ob senectutem, &c.) amplius non potest.
Ἐξαθρεῶ, conspicio, inspicio. Τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ἠθροῦμεν, *Soph. Antig.* 1219. Ordo est τάδε ἐξηθροῦμεν κελεύσμασιν, dativus Latine reddendus per præpositionem *propter* vel *ob.*
Ἐξαθροίζω, f. σω, congrego, convoco. Ἀλλά νιν πάλιν παῖς σὸς ἐξαθροίζεται, *Eurip. Phœn.* 1175.
Ἐξαθυμέω, ῶ, penitus deficio animo, exanimor.
Ἐξαιθριάζω, f. άσω, sereno cœlo expono, sub dio habeo, ad solem expono, insolo.
Ἐξαιμάσσω, et ἐξαιμάττω, f. ξω, cruento; (2) refrico vulnus, dolorem.
Ἐξαιματόω, ῶ, f. ώσω, in sanguinem verto; (2) cruento. Ex ἐξ et αἷμα, *sanguis.* Hinc
Ἐξαιμάτωσις, εως, ἡ, ipsa actio vertendi in sanguinem, sanguinis effectio vel generatio; (2) vulneratio.
Ἔξαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, sanguine destitutus; (2) qui multum sanguinis effudit, exsanguis.
Ἐξαίνυμαι, aufero, privo. Φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν ἀμφοτέροιν, *Il.* 5, 155. Νηῒ δ' ἐνὶ πρύμνῃ ἐξαίνυτο κάλλιμα δῶρα, *Odyss.* 15, 206.
Ἑξάϊππος, ον, sex equis junctus, sc. currus.
Ἐξαιρέθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. v. ἐξαιρέω.
Ἐξαιρεῖσθαι, præs. inf. pass. pro ἐξαιρέεσθαι.
Ἐξαιρέσιμος, ον, exemptilis. A seq.
Ἐξαίρεσις, εως, ἡ, exemptio; (2) eductio; (3) exceptio; (4) locus in portu in quem merces e navibus exponuntur; (5) actio forensis qua servum vindicamus, *ap. Harp.*
Ἐξαιρετέος, ejiciendus, eximendus, *Xenoph. Cyrop.* 131, 132.
Ἐξαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, exemptus e numero, selectus, eximius, peculiaris. Ab ἐξαιρέω.
Ἐξαιρέτως, *adv.* eximie, præcipue, imprimis.
Ἐξαιρεύμην, *Dor.* et *Ion.* pro ἐξηρέμην, imp. ind. pass. verbi
Ἐξαιρέω, ῶ, et ἐξαιρέομαι, οῦμαι, eximo, eruo, educo, aufero, extraho; (2) secerno, seligo tanquam præmium, donarium; (3) diripio, populor; (4) everto, expugno. Οὐκ ἔσθ' ὅπως, οὐκ ἐξελῶ ἐκ τῆς οἰκίας, *Aristoph. Nub.* 800. Ἐξαιρεῖσθαι τῆς μέμψεως, liberari. Ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον, exigit, *Soph. Trach.* 150. Εἴτις αὐτῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος ἐξῄρετ', elatus, *Idem*, *El.* 1488. Τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου ἐξῃρήσατο, *Aristoph. Thesm.* 768. Κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ, communiter ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus, *Herodot.* 1, 148. Κυνὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονὸς, eximit, *Eurip. Hippol.* 18.
Ἐξαιρόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, in lolium vertor. Ex ἐξ et αἶρα.
Ἐξαίρω, f. αρῶ, tollo, effero, extollo; (2) tollo e medio, aufero; (3) effero, exporto; (4) incito, irrito. Ἐξαίρειν τῷ ἵππῳ τὸν χαλινὸν, *Xen.* Εἰς ὄγκον ἐξαρθεὶς, *Plat.* Κοὐ τοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαιρούμεθα, consciscam ultro, *Soph. Trach.* 491.
Ἐξαίσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, iniquus; (2) indecens; (3) ingens, immensus; (4) inauspicatus. Ab ἐξ et αἶσα, *sors.*
Ἐξαΐσσω, f. ξω, prosilio alicunde, cum impetu prodeo. Ἐξηϊξάτην, οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ, *Aristoph. Plut.* 732. Ἐκ δέ μοι ἔγχος ἠΐχθη παλάμηφιν ἐτώσιον, emissa est manibus irrita, *Il.* 3, 367.
Ἐξαϊστόω, f. ώσω, memoriam alicujus aboleo, facio ut de aliquo nec sciri quidpiam nec cognosci possit; (2) deleo, extinguo.
Ἐξαιτέω, ῶ, et *in med.* ἐξαιτοῦμαι, deposco, exposco ad quæstionem; item ad pœnam, supplicium; (2) expeto, postulo; (3) *in med. est etiam* aliquem deprecor ab aliquo, h. e. deprecatione a pœna liberare cupio vel libero. Ἐξῄτησεν ἄν με παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας, *Dem.* Ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, *Luc.* 22, 31.
Ἐξαίτησις, εως, ἡ, ipsa actio deposcendi aliquem ad supplicium, vel quæstionem; (2) deprecatio pro reo. Ab ἐξαιτέω.
Ἔξαιτος, ον, eximius, *Hom.* pro ἐξαίρετος; (2) præcipuus, exemptus e numero; (1) οἶνον τ' ἔξαιτον, vinum eximium, *Il.* 12, 320. (2) Μήδειαν δ' ἔξαιτον ἑοῦ ἐς πατρὸς ἀγέσθαι ἵεντο,
Medeam

Medeam exemptam e numero (præ ceteris) ad patrem suum reducere volebant, *Ap. Rhod.* 4, 1004.

'Εξαίφνας, *repente*, Dor. pro ἐξαίφνης.

'Εξαίφνης, *adv.* subito, repente, quasi ex occulto adveniendo.

'Εξαιφνίδιος, ου, ὁ ἡ ἡ, repentinus, subitus, improvisus.

'Εξακανθίζω, futur. ίσω, spinis purgo, spinas evello.

'Εξακανθόω, ῶ, f. ώσω, spinosum seu aculeatum reddo.

'Εξακέομαι, οῦμαι, f. έσομαι, medeor, sano, persano; (2) placo; (3) sarcio. Θύσθλοις Φεραίαν ἐξακεύμενοι θεὰν, *Lycophr.* 1180.

'Εξακέονται, 3. pl. præs. ind. med.

'Εξακέσαιο, 2. sing. a. 1. opt. med.

'Εξακέσας, *medicatus*, a. 1. part. act.

'Εξάκεσις, εως, ἡ, sanatio. Ab ἐξακέομαι.

'Εξακεστήριος, ου, ὁ ἡ ἡ, sanandi vim habens; (2) expiatorius. Ab eod.

'Εξάκις, *adv.* sexies. Ab ἕξ, *sex*.

'Εξακισμύριοι, ιαι, ια, sexagies mille.

'Εξακισχίλιοι, ιαι, ια, sexies mille. Hinc

'Εξακισχιλιοστὸς, ἡ, ὸν, sexies millesimus.

'Εξάκλινος, ου, ὁ ἡ ἡ, sex lectis instructus.

'Εξακμάζω, futur. άσω, vigorem amitto, flaccesco.

'Εξάκνημος, ου, ὁ ἡ ἡ, sex κνήμας seu radios habens.

'Εξακολουθέω, ῶ, f. ήσω, sequor; (2) investigo, perequito, proprie et tropice. Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, 2 *Pet.* 2, 2.

'Εξακολούθησις, εως, ἡ, investigandi, cognoscendi, intelligendi studium.

'Εξακοντίζω, fut. ίσω, jaculor, jaculum emitto 'Εξακοντίζειν ἐπί τινα, *Plut.* τοῖς δόρασιν, *Xen.* Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τὰ σὰ 'ξηκόντισα, et hæc quidem ad tua respondeo, *Eurip. Suppl.* 456: adversus tua sum ejaculatus. Hinc

'Εξακόντισμα, ατος, τὸ, jaculatio; (2) fulguris genus; (3) scatebra; (4) sanguinis jactus.

'Εξακοντισμὸς, οῦ, ὁ, idem et ab eod.

'Εξακόσιοι, ιαι, ια, sexcenti. Ab ἕξ, *sex*.

'Εξακοσιοστὸς, ἡ, ὸν, sexcentesimus.

'Εξάκουστος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui facile exaudiri potest; (2) celebris. Ab

'Εξακούω, fut. ούσω, exaudio, intelligo. Δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακούεται pro δίνης πτερωτῆς φθόγγος, id est, πτερῶν δινουμένων, agitatarum alarum sonitus exauditur, *Arist. Av.* 1198. Δηχθεὶς πρὸς ἃ 'ξήκουσεν, *Soph. Phil.* 378.

'Εξακριβάζω, futur. άσω, diligenter aliquid facio.

'Εξακριβόω, ῶ, f. ώσω, idem: rem affirmo. Οὐ μὴν ἐξακριβοῦσί γε πάσαις ὁμοίως, *Aristot.* Ταυτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται, δόκησιν εἰπεῖν, κἀξακριβῶσαι λόγον, at longe diversum est, opinionem referre, et rem ut certam affirmare, *Soph. Trach.* 425.

'Εξακρίζω, f. ίσω, ad verticem pertineo, in cacumen evado. 'Εξακρίζετ' αἰθέρα πτεροῖς; *Eur. Or.* 265.

'Εξακτέος, educendus. Ab ἐξάγω.

'Εξάκυκλος, ον, sex rotas habens, epith. currus.

'Εξάκωλος, ον, sex membra (versiculos breviores) habens.

'Εξαλαόω, ῶ, f. ώσω, excæco; (2) mutilo; (2) ὅλον δέμας ἐξαλάωσας, *Oppian. Cyneget.* 3, 228.

'Εξαλαπάζω, f. άσω, et άξω, evacuo, exinanio; (2) vasto, diripio, depopulor. Ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει, *Hes. Op.* 187.

'Εξαλαπάξαι, a. 1. inf. act.

'Εξάλατο, *exsiluit*, *Dor.* pro ἐξήλατο, 3. sing. a. 1. ind. med. verbi ἐξάλλομαι.

'Εξαλδαίνω, germino.

'Εξαλέασθαι, *evitare*, a. 1. inf. med. *per Sync.* pro ἐξαλεύασθαι, et hoc pro ἐξαλεύσασθαι inusitato. Οὕτως οὔτι που ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι, *Hes. Op.* 105.

'Εξάλειπτρον, ου, τὸ, vas unguentarium. Ab

'Εξαλείφω, f. ψω, unguentum abstergo; (2) deleo ungendo; (3) deleo, oblitero, tollo, v. gr. leges; (4) ungo; (5) abjicio ex animo, omitto, veluti spem. Οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, *Apoc.* 3, 5. Οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενὸς, *Eur. Hec.* 590. Εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, *Act.* 3, 19. Τὰς ἐλπίδας ἐξαλείψαντες, *Diodor. Sic.* 3, 40. Μή μ' ἐξαλείψητε, ne me perdatis, *Eurip. Hipp.* 1241.

'Εξαλειφθῆναι, a. 1. inf. pass.

'Εξαλείψεια, aor. 1. opt. act. *Æol.* pro ἐξαλείψαιμι.

'Εξάλειψις, εως, ἡ, obliteratio, deletio.

'Εξαλέομαι, devito, effugio. Φράζεο δ' ὅππως χεῖρας ἐμὰς σόος ἐξαλέοιο, *Apoll. Rhod.* 1, 490.

'Εξαλεύω, devito, effugio. Ὡς ἂν μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς, *Soph. Aj.* 665.

'Εξαλίπτης, ου, ὁ, qui calce vel alio tectorio illinit, unctor, pro ἐξαλείπτης, *Hipp.*

'Εξαλίστρα, ας, ἡ, volutabrum, locus ubi equi volutantur abstergendi pulveris et sudoris causa.

'Εξάλιτρος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui sex librarum est. Ex ἕξ et λίτρα, *libra*.

'Εξαλίω, et ἐξαλίζω, f. ίσω, volvendo ejicio, v. gr. pulverem; evacuo; ab ἐξαλίστρα: it. abduco. Ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε, abduc equum domum, volutatum prius in pulvere, *Aristoph. Nub.* 32. Ἀλλ' ὦ μέλ' ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν, evolvisti me ex meis bonis, *Id. Ib.* 33. Ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει, volutatione facta, *Xenoph. Œconom.* 11, 18.

'Εξαλλαγὴ, ῆς, ἡ, immutatio, varietas, discrimen. Ab ἐξαλλάττω.

'Εξάλλαξε, 3. sing. a. 1. indicat. act. *Ion.* pro. ἐξήλλαξε. Ab ἐξαλλάττω. Unde

'Εξάλλαξις, εως, ἡ, alternatio; (2) diversitas.

'Εξαλλάσσω, vel ἐξαλλάττω, f. ξω, immuto; (2) differo; (3) transeo, relinquo; ἐξαλλάττων, eminens. Τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει χάριν, eminentemque habet gratiam, *Eurip. Iphig. in Aul.* 564. 'Εξηλλαγμένος, inauditus, prodigiosus, insolens. (1) κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, qui nullam mutationem experitur in malis, cui malorum nulla contingit remissio, *Soph. Aj.* 474. (3) καὶ ἐγγὺς ἦν τοῦ ἐξαλλάσσειν τὸν ὡδοπεποιημένον πρὸς τῶν Περσῶν χῶρον, et propemodum relinquerant locum planum factum a Persis, *Arr. Hist. Alex.* 3, 13. 'Εξαλλάττειν τῶν ἐναντίων τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν, *Thuc.* τῆς ἀρχαίας μορφῆς, *Aristot.*

'Εξαλλοιόω, ῶ, muto.

'Εξάλλομαι, exsilio. Καί ῥα πολὺ προμάχων ἐξάλμενος ἔστη, pro ἐξαλλόμενος, *Il.* 17, 343.

'Εξαλλος, ου, ὁ ἡ ἡ, ab aliis diversus; (2) inusitatus; (3) egregius; (4) peregrinus.

'Εξαλλοτριόω, ῶ, f. ώσω, abalieno, emancipo et vendo aliis.

'Εξάλλως, *adv.* alio modo; (2) inusitate; (3) mirum in modum, insigniter.

'Εξαλμα, ατος, τὸ, qu. dic. exsultatio, saltus; (2) eruptio; (3) impetus.

'Εξαλος, ου, ὁ ἡ ἡ, mari exemptus; (2) extra mare positus; (3) exstans mari. Ex ἕξ et ἅλς, *mare*.

'Εξαλσις, εως, ἡ, saltus. Ab ἐξάλλομαι.

'Εξαλύξαι, et ἐξαλύξασθαι, effugere, devitare.

'Εξαλύσκω, devito, effugio. Ὡς ἂν ... μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς, *Soph. Aj.* 655. Οὔτις ἐξήλυξέ πω, *Eurip. Hec.* 1194. Πῶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας; *Id. Hipp.* 673.

'Εξάλφω, invenio.

'Εξαμάξω, convitior, maledico, *V. L.* Ab ἅμαξα, quasi de plaustro convitia fundo.

'Εξαμαρτάνω, pecco, aberro; (2) peccare facio. 'Εξαμαρτάνειν εἰς τυράννους ἄνδρας, *Eur. Med.* 308. Ἦ δεινὸν εὖ λέγουσαν ἐξαμαρτάνειν, *Soph. El.* 1039. Βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς, frustrari, *Soph. Phil.* 94.

'Εξαμαρτία, ἡ, peccatum, delictum; (2) frustratio cum quis excidit spe, aut alia qua re; (1) ἴση νῷν ἐστιν ἡ 'ξαμαρτία, *Soph. Antig.* 564.

'Εξαμαυρόω, ῶ, f. ώσω, obscuro, oblitero.

'Εξαμάω, ῶ, f. ήσω, meto; (2) abscindo. Βούκεντα σου τοὺς πνεύμονας, καὶ τ' ἄντερ' ἐξαμήσω, *Aristoph. Lys.* 369.

'Εξαμβλίσκω, abortio, abortum facio. Ab

'Εξαμβλόω, ῶ, f. ώσω, idem. Φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην, *Aristoph. Nub.* 137.

'Εξάμβλωμα, ατος, τὸ, abortus.

'Εξάμβλωσις, εως, ἡ, abortio.

'Εξαμβλώσκω, f. βλώσω, aborto.

'Εξαμβρόσαι, *Æsch.* affluere, (nisi potius ἐξαμβρῦσαι pro ἐξαναβρῦσαι a v. βρύειν, *Ern.*)

'Εξαμείβετο, 3. sing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ἐξημείβετο. Ab

'Εξαμείβω, f. ψω, immuto, in varias formas muto; (2) rependo, retribuo; (3) trajicio. Κακαῖσι ποιναῖς παῖδα μ' ἐξημείψατο, *Æschyl.* (3) τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ λοχαγόν; *Eurip. Phœn.* 133.

'Εξάμειψις, εως, ἡ, immutatio; (2) vicissitudo, repensio. A præc.

'Εξαμέλγω, f. ξω, emulgeo, exsugo.

'Εξαμελεῖν, præs. inf. act. ab

'Εξαμελέω, f. ήσω, negligo, contemno. 'Εξημέληντο τὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς, *Plut.*

'Εξάμετρος, ου, ὁ ἡ ἡ, sex metris constans; (2) *subst.* versus hexameter. A μέτρον.

'Εξαμηναῖος, α, ον, semestris. A μήν.

'Εξαμηνόβιος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui sex menses vivit.

'Εξάμηνος, ου, ὁ ἡ ἡ, semestris, sex mensium. Hinc τὸ ἐξάμηνον, ου, semestre, sex menses.

'Εξαμιλλάομαι, ῶμαι, per contentionem exigo, vel exagito, in certamine expello; (2) insequor, vexo. Τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς, *Eur. Or.* 415. Αἵ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ, terroribus exagitant, *Ib.d.* 83.

'Εξαμναῖος, αία, αῖον, qui sex minarum est.

'Εξάμνους, idem. Ex μνᾶ, *mina*.

'Εξάμοιρον, ου, τὸ, sexta pars. Ex μοῖρα.

'Εξαμπρεύω, f. σω, traho. Χ' ὅπως ποτ' ἐξαμπρεύσομεν τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου; *Aristoph. Lys.* 289.

'Εξαμύνομαι, defendo, propulso.

'Εξαμυστίσαι, uno spiritu epotare.

'Εξαμφοτερίζω, f. ίσω, utraque re excido; (2) dubium facio.

'Εξαναβαίνω, ascendo, conscendo, *Sibyll.*

'Εξαναγνεύω, *cum gen.* libero, purgo ab aliqua re, *apud Julian.*

'Εξαναγιγνώσκω, perlego, legendo evolvo. 'Εξαναγνοὺς τὸ βιβλίον, *Plut.*

'Εξαναγκάζω, f. άσω, cogo, compello, excito. Ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτὸς ἐξηνάγκασεν, *Aristoph. Av.* 382.

'Εξανάγω, f. ξω, educo.

'Εξαναδύομαι, ἐξαναδύνω, ἐξαναδύομαι, emergo; (2) detrecto. 'Εξαναδύεσθαι μάχης, *Plut.* Ex ἐξ et ἀναδύω, *emergo*.

'Εξαναδὺς, a. 2. part. act.

'Εξαναζέω, ῶ, f. έσω, ebullio.

'Εξαναιρέω, f. ήσω, eximo, tollo de.

'Εξανακαλύπτω, f. ψω, e tegmentis evolvo.

'Εξανακολυμβάω, ῶ, f. ήσω, emergo, enato.

'Εξανακρούω, f. ούσω, retraho.

'Εξαναλίσκω, absumo, exhaurio, fut. ἐξαναλώσω, perf. ἐξηνάλωκα· *pass.* ἐξηνάλωμαι, cujus

'Εξαναλωθεὶς, a. 1. part. pass.

'Εξαναλύομαι, f. λύσομαι, eripio, libero; (2) *pass.* penitus resolvor et evanesco.

'Εξανανεόω, ῶ, f. ώσω, renovo, *Strab.* 9.

'Εξανανήφω, f. ψω, resipisco, ad me redeo.

'Εξαναπείθω, f. σω, persuadeo.

'Εξαναπληρόω, ῶ, f. ώσω, repleo, compleo.

'Εξαναπνέω, f. εύσω, respiro.

'Εξανάπτω, f. ψω, suspendo ad vel ex. 'Εστωτίδων ἐξανῆπτον ἀγκύρας, *Eur.*

'Εξαναρπάζω, f. σω, abripio.

'Εξανασπάω, f. ῶ, evello, demolior.

'Εξανάστασις, εως, ἡ, reditus in vitam; (2) expulsio e sede; (3) eversio; (4) migratio e sedibus suis; (5) resistentia, *ap. Long.*

'Εξαναστέφω, f. ψω, corono.

'Εξαναστῆναι,

'Εξαναστῆναι, a. 2. inf. act. v. ἐξανίστημι.
'Εξαναστήσῃ, 3. sing. a. 1. conj. act.
'Εξαναστρέφω, f. ψω, everto.
'Εξανατέλλω, f. τελῶ, exoriri facio, excito. Θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλει, *Plut.*
'Εξαναφαίνω, ostendo, exhibeo, *Orph.*
'Εξαναφανδὸν, *adv.* aperte, clare.
'Εξαναφέρω, reficio me; (2) suffero, sustineo.
'Εξανάφυμι, exorior, enascor. Καρπῶν δηλοῖ φθόρον ἐξαναφύντων γαίης, *Orph. Pronost.* 36.
'Εξαναχωρέω, ῶ, f. ήσω, recedo ex. 'Εξαναχωρεῖν τὴν στρατιὴν, *Herodot.*
'Εξαναψύχω, f. ξω, refrigero ventilando; (2) abstergo, sicco; (3) refocillo, recreo.
'Εξανδραποδίζομαι, f. ίσομαι, in servitutem redigo.
'Εξανδραποδισάμενοι, nom. pl. f. 1. part. med. *Ion* et *Att.* pro ἐξανδραποδισόμενοι.
'Εξανδραπόδισις, εως, ἡ, abreptio in servitutem.
'Εξανδραποδισμὸς, ȣ, ὁ, idem.
'Εξανδρόομαι, ȣ̃μαι, vir fio, evado vir. 'Εξανδρούμενος, adultus, *Herodot.* 2, 64. *Eurip. Phœn.* 32. Λόχος δ' ὀδόντων ὄφιος ἐξηνδρωμένος, virorum ex serpentis dentibus natorum, *Eurip. Suppl.* 703.
'Εξάνειμι, egredior, exeo; unde ἐξανιὼν, in aor. 2.
'Εξανεμόομαι, ȣ̃μαι, flatu turgesco, distendor; (2) flatu siccor. 'Εξηνέμωσε τἀμ' 'Αλεξάνδρῳ λέχη, irritum fecit meum conjugium cum Alexandro, *Eurip. Hel.* 32. 'Εξηνεμώθην μωρίᾳ, stultitia elata sum, *Id. Andr.* 939. Hinc ἐξηνεμωμένος.
'Εξανέργαστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, infectus, infabricatus, minime concoctus.
'Εξανέρχομαι, f. λεύσομαι, egredior, prodeo alicunde.
'Εξανέστην, aor. 2. ind. act. v. ἐξανίστημι.
'Εξανέτειλα, aor. 1. ind. act. v. ἐξανατέλλω.
'Εξανευρίσκω, f. ήσω, deprehendo, invenio. Οἷα κἀξανευρίσκεις λέγειν, *Soph. Phil.* 982.
'Εξανέχω, exsto super, emineo. Οὗ λόγων ἐγὼ ἄλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων· non vacat præpositio, verba sic ordinando: Οὗ ἐκ πάντων ἀνδρῶν ἄλγιστα ἐγὼ ἀνασχοίμην ἂν κλύων λόγων, cujus ego sermones ex omnibus maximo cum dolore sustinerem audire, *Soph. Œd. Col.* 1173. "Η τὰς ἐμὰς τις παῖδας ἐξανέξεται Φθίας τυράννȣς ὄντας, *Eurip. Andr.* 200. Hinc ἐξανέχομαι, perfero, tolero, sustineo.
'Εξανεψιοὶ, οἱ, consobrinorum filii.
'Εξανῆκε, 3. sing. a. 1. ind. act. v. ἐξανίημι.
'Εξανθέω, ῶ, f. ήσω, effloresco ex; (2) defloresco; (3) scateo, pullulo; (4) mergo; (5) per summa emineo; (6) emitto; a. 1. ἐξήνθησα· perf. part. ἐξηνθηκώς. Οἱ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα, *Lucian.* Hinc
'Εξάνθημα, ατος, τὸ, quod effloruit; (2) pustula, seu papula.
Μηλόκαρπον, τὸ, aristolochiæ longæ, quæ mascula dicitur, cognomen, Gorr.

Μηλολόνθη, al. μηλολάνθη, ης, ἡ, melolonthe, animalculum floribus insidere solitum, quo pueri ad ludum utuntur; (2) lusus ille puerilis; (3) floris genus. Ex μῆλον et ἄνθος.

Μηλομαχία, ας, ἡ, pugna pomis seu malis commissa. Ex μῆλον et μάχη.

Μηλόμελι, ιτος, τὸ, potus e melle et malis cotoneis. Ex μῆλον et μέλι.

ΜΗ͂ΛΟΝ, Dor. μᾶλον, ȣ, τὸ, malum, pomum; (2) μῆλα, genæ; etiam de mammis puellarum.

Μῆλον, ȣ, τὸ, ovis, pecus; plur. μῆλα, pecudes.

Μηλονόμας, Dor. pro μηλονόμης, idem quod μηλονομεύς. Ἔτλη δὲ σοῖσι μηλονόμας ἐν δόμοις γίνεσθαι, Eurip. Alcest. 576.

Μηλονομεὺς, έως, ὁ, pastor ovium, opilio, Hes. ubi plur. μηλονομεῖς ποιμένες. Ex μῆλον et νέμω, pasco.

Μηλονόμος, ȣ, ὁ, idem, Suid. Ex iisd.

Μηλοπάρειος, et μαλοπάρειος, pro μηλοπάρειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, genas habens malis similes, cujus genæ mali colorem vel rotunditatem referunt. Ex μῆλον et παρειά.

Μηλοπέπονες, melopepones, species cucumerum. Ex μῆλον et πέπων.

Μηλοπλακούντιον, ȣ, τὸ, compositio pharmacopœorum e malis cotoneis vino coctis, adjecto postea melle, pipere, aniso, aliisque. A

Μηλοπλακȣ̃ς, ȣ̃ντος, ὁ, placenta e malis cotoneis. Ex μῆλον et πλακȣ̃ς.

Μηλόσκοπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, unde oves seu pecora quævis conspici possunt.

Μηλόσπορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, malis seu pomis consitus. Ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτὰν, Eurip. Hipp. 742.

Μηλοσσόος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ovium servator.

Μηλοσφαγέω, ῶ, f. ήσω, oves jugulo, oves macto, pecora seu oves immolo. Μηλοσφαγεῖν τε, βȣθύτοις ἐπ' ἐσχάραις, Aristoph. Av. 1237. Simpliciter immolo. Μηλοσφαγεῖ θεοῖσιν ἔμμηνʼ ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις, Soph. Elect. 280. Ex μῆλον et σφάττω, macto.

Μηλοσφαγία, ας, ἡ, ovium jugulatio; (2) ovium immolatio, Hes. Ex iisd.

Μηλοτρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, oves alens. Ex τρέφω.

Μηλȣ̃χος, ȣ, ὁ, strophium coercendis puellarum mammis usitatum, in Anthologia Reiskii, ubi legendum per η et non per ε.

Μηλοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, oves comedens, ovilla carne vescens. Ex μῆλον et φάγος.

Μηλοφόνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, oves occidens.

Μηλοφορέω, ῶ, f. ήσω, mala seu poma fero:

Μηλοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pomifer, mala seu poma ferens; μηλοφόροι, regis Persarum satellites, aurea mala gestantes in hastis. Ex μῆλον et φέρω.

Μηλοφύλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, ovium custos.

Μηλόω, ῶ, f. ώσω, specillum immitto, specillo tento, exploro; (2) demergo, insero vel tentandi vel tingendi causa. A μήλη.

Μήλωθρον, ȣ, τὸ, coloramentum, cui pannus immergitur, Suid. (2) vitis alba, Diosc. Ab eod.

Μήλων, ωνος, ὁ, epith. Herculis, cui inter alia malis sacra fiebant, Poll. A μῆλον.

Μήλωσις, εως, ἡ, specilli demissio, exploratio, quæ fit immisso specillo. A μηλόω.

Μηλωτὴ, ῆς, ἡ, scil. δορὰ, pellis ovina; (2) pellis quævis. Gl. V. pellis lanata. A μῆλον, ovis.

Μηλωτὴς, ȣ̃, ὁ, ovium pastor. Ab eod.

Μηλωτὶς, ίδος, ἡ, specillum, quo ad repurgandas aures utimur. Gl. V. specillum. A μήλη. Unde

Μηλωτρὶς, ίδος, ἡ, Gl. V. auriscalpium.

Μήλωψ, οπος, ὁ ϗ ἡ, colore malum referens, mali faciem habens. Ex μῆλον et ὤψ.

ΜΗ'Ν, conj. autem, vero, pro δὲ; (2) tamen; (3) profecto, sane; ἀλλὰ μὴν, atqui, vero, enimvero; ἀλλὰ μὴν ȣ̓δὲ, neque vero, sed neque; γε μὴν, vero, porro; ἦ μὴν, certe quidem, equidem, profecto; ϗ μὴν, quinetiam; ϗ μὴν δὴ, immo, enimvero; ϗ μὴν γε, at saltem, at vero; ϗ μὴν ϗ, quin etiam; ȣ̓ μὴν, non tamen, nec vero.

ΜΗ'Ν, μηνὸς, ὁ, mensis; οἱ μῆνες, menstrua.

Μηναγυρτέω, ῶ, stipem colligo Matri Deûm. A

Μηναγύρτης, ȣ, ὁ, qui singulis mensibus Matri Deûm stipem colligit, quod officium Rheæ sacerdotis erat. Ex μὴν et ἀγείρω.

Μήνατο, 3. sing. aor. 1. ind. med. Ion. pro ἐμήνατο, a μαίνομαι.

ΜΗ'ΝΗ, ης, ἡ, luna; (2) umbella lunata.

Μηνιαῖος, αία, αῖον, menstruus, qui est unius mensis. A μήνη.

Μηνίαμα, ατος, τὸ, ira perseverans, simultas, odium. A

Μηνιάω, ῶ, fut. άσω, iram vel odium exerceo, irascor. A μῆνις.

Μηνίγγιον, ȣ, τὸ, membranula. A μῆνιγξ.

Μηνιγγοφύλαξ, ακος, ὁ, custos membranæ cerebri; (2) instrumentum chirurgicum.

ΜΗ'ΝΙΓΞ, γγος, ἡ, membrana cerebrum foris tegens; (2) membrana quævis; (3) sedimentum vini in dolio, priusquam efflorescat et ebulliat, Hes.

Μηνιθμὸς, ȣ̃, ὁ, ira, iracundia, ira divina. A μηνίω.

Μήνιμα, ατος, τὸ, idem; (2) furor, insania. Κἂν παλαιῶν μηνιμάτων ἐφέλκεται σίγματα, Hierocl. in Aurea Carm. 136. Ab eod.

ΜΗ͂ΝΙΣ, ιος, vel ιδος, ἡ, ira permanens, diuturna, odium, inimicitia.

Μηνίσας, qui iratus fuit, aor. 1. part. act. verbi μηνίω.

Μηνίσκος, ȣ, ὁ, lunula; (2) species aciei; (3) μηνίσκοι, umbellæ lunatæ, in statuarum capitibus, quæ lunæ crescentis cornua referunt; (4) æramenta gubernaculi; (5) membranæ tenues, bracteæ; (6) ornamenta collaria, torques, monilia. Dim. a μήνη.

Μηνίω, f. ίσω, succenseo; iram, odium, vel simultatem exerceo; irascor. Αὐτὰρ ὁ μήνιε, νηυσὶ παρήμενος, Il. 1, 448. A μῆνις.

Μηνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lunæ formam habens, lunæ similis, corniculatus, lunatus. Ex μήνη et εἶδος, species. Hinc

Μηνοειδῶς, adv. in modum lunæ curvatæ seu falcatæ.

Μήνυμα, ατος, τὸ, signum, indicium, indicatio, significatio. Ph. indago. A μηνύω. Unde

Μήνυσις, εως, ἡ, indicatio, indicium.

Μηνυτὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod

Μηνυτὴς, ȣ̃, ὁ, index, nunciator, delator; (2) dicitur et de Historico, ap. Luc. Hinc

Μηνυτικὸς, ἡ, ὸν, significandi seu indicandi vim habens, significativus. Gl. V. indicativus.

Μήνυτρον, ȣ, τὸ, indicii præmium:

Μηνύτωρ, ορος, ὁ, index, nunciator. A

ΜΗΝΥ'Ω, fut. ύσω, indico, significo, nuncio, certiorem facio, declaro, defero; μεμηνυκέναι, perfect. inf. indicasse; aor. 1. pass. μηνυθεὶς, indicatus. Ποίῳ γὰρ ἀνδρὸς τὴν δὲ μηνύει τύχην; Soph. Œd. Tyr. 101.

ΜΗΟ῀Ν, ȣ, τὸ, meum, herba, alias athamanticum. *Angl.* SPIGNEL, or MEW.

Μὴ 'πιβάλῃς, *Poet.* pro μὴ ἐπιβάλῃς, *ne injicias, ne injiceres*; sic

Μὴ 'πιτάμῃς, *Poet.* pro μὴ ἐπιτάμῃς, *ne incidas.*

Μήπη, nequa, *Gl. V.*

Μήποτε, nunquam, non unquam; (2) ne quando; (3) ne; (4) num, μηπότε ἆν, numquid ergo; (5) forte.

Μήποθεν, necunde, *Gl. V.*

Μήποτε, nequando, *Gl. V.*

Μήποτε ἆν, numquid ergo, *Gl. V.*

Μήπȣ, necubi, ne forte.

Μήπω, nondum, necdum.

Μήπωγε, *adv.* idem.

Μήπως, ne, ne quo modo, ne quo pacto, ne qua, ne forte; (2) an forte.

Μηραῖος, αία, αῖον, femoralis. A μηρός.

ΜΗΡΙΝΘΟΣ, ȣ, ὁ, funiculus, filum. Πέλειαν λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδὸς, *Il.* 23, 854. Ἡ μήρινθος ἐδὲν ἔσπασεν, hoc consilium nihil effecit, *Arist. Thesm.* 935. Proverbium: a metaphora τῶν σχοίνοις θηρευόντων ἢ ἁλιευόντων, de funiculo piscatorio.

Μηρίον, ȣ, τὸ, femur. A μηρός.

Μηρορραφὴς, έος, ὁ ἡ, femori insutus; epith. Bacchi. Ex μηρὸς et ῥάπτω, *suo.*

ΜΗΡΟ'Σ, ȣ, ὁ, femur, femen, plur. μηρὰ, *per Metaplasm.* pro μηροὶ, *Odyss.* 2, 179.

Μηροτομέω, ῶ, fut. ήσω, femur incido, femur abscindo. Ex μηρὸς et τέμνω.

Μηροτραφὴς, έος, ὁ, epith. Bacchi, quia in Mero monte educatus, *Strabo.*

Μηροτυπὴς, έος, ὁ ἡ, femora feriens seu percutiens. Ex μηρὸς et τύπτω.

Μήρυγμα, ατος, τὸ, *ap. Nic.* de tractu et glomeratione serpentis. A μηρύκω.

Μηρυκάζω, fut. άσω, cibum remando, rumino.

Μηρυκάομαι, ῶμαι, rumino.

Μηρυκίζω, fut. ίσω, idem. Hinc

Μηρυκισμὸς, ȣ, ὁ, ruminatio.

Μηρύκω, et μηρύκομαι, revolvo, rumino.

Μήρυμα, ατος, τὸ, glomeramen. A μηρύω.

Μήρυξ, υκος, ὁ, piscis quidam ruminans. *Gl. V.* rumen. A μηρύω.

Μηρύσασθαι, *glomerasse*, aor. 1. inf. med.

ΜΗΡΥ'Ω, f. ύσω, revolvo, glomero, agglomero, et filum deduco; (2) texo, intexo. Τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς, *Theoc.* 1, 29.

Μήσαο, 2. sing. aor. 1. ind. med. *Ion.* pro ἐμήσασο, a μήδομαι, *curo.*

Μήσεαι, 2. sing f. 1. ind. med. *Ion.* pro μήσεσαι.

Μήστειρα, ἡ, investigatrix, *Æsch.*

Μῆστι, *Dor.* pro μὴ ἐστι, *non est*, sed recte etiam scripseris μὴ 'στι Conf. μὴ 'πιβάλῃς.

Μῆστο, 3. sing. plusq. perf. ind. pass. *Ion.* pro ἐμέμηστο.

Μήστωρ, ωρος, ὁ, consiliarius, consultor; (2) peritus. (2) μήστωρες ἀϋτῆς, *Il.* 4, 328. A μήδομαι vel μάομαι.

ΜΗ'ΤΕ, *conj.* neque, nec.

Μητέριος, ȣ, ὁ, maternus, *in Epigram.* A

ΜΗ'ΤΗΡ, μητέρος, *et per Syncop.* μητρὸς, ἡ, mater, genitrix; (2) matrix, uterus; *apud Script. Eccles.* baptisterium.

Μήτειρα, ἡ, mater, al. δημήτειρα, *Il.* 14, 259.

Μήτι, ne quid, numquid; pro μή τι.

Μητιάω, ῶ, consilia agito, consulto, delibero; molior, rem quampiam machinor; μητιόωσι, 3. plur. ind. pro μητιῶσι, μητιάεσι· μητιόωσα, part. præs. fœm. pro μητιῶσα, μητιάȣσα. Dicitur et μητιᾶσθαι, significatione act. A μῆτις.

Μητιέτης, ȣ, ὁ, consilio pollens, prudens, consiliarius, consultor; μητίετα pro μητιέτης, *ap. Hom.* Ab eod.

Μητίζομαι, vel potius μητίομαι, consilia agito, consulto; (2) molior, efficio, struo, machinor; fut. μητίσομαι, versus causa μητίσσομαι. Μίσσω δ' ἀμφοτέρων μητίσσομαι ἔχθεα λυγρά, *Il.* 3, 416.

Μήτιμα, ατος, τὸ, consilium, *Eust.*

Μητιόεις, όεσσα, όεν, consilio abundans, cui multum est consilii.

Μητιόωσιν, *consultant*, 3. plur. præs. ind. act. *Poet.* cum ν ἐφελκ· pro μητιῶσι, a μητιάω.

ΜΗ'ΤΙΣ, ιδος, ἡ, consilium, intelligentia, prudentia, sapientia, vafrum consilium.

Μητίω, idem quod μητίζομαι, *Eust.*

Μήτοι, *adv.* ne forte.

Μήτοιγε, *adv.* idem, nequaquam.

Μήτρα, ας, ἡ, matrix, uterus, vulva; (2) secundæ; (3) arboris medulla; (4) vesparum genus. A μήτηρ.

Μητραγυρτέω, ῶ, fut. ήσω, Matri Deûm sive Cybelæ stipem colligo. A

Μητραγύρτης, ȣ, ὁ, qui Matri Deûm stipem colligit. Ex μήτηρ et ἀγείρω.

Μητράδελφος, ȣ, ὁ, matris frater, avunculus; sed ἡ μητράδελφος, ȣ, matris soror, matertera. *Gl. V.* μητραδέλφη, matertera.

Μητράζειν, matrescere, *Gl. V.* A μήτηρ.

Μητραλοίας, et μητραλῴας, et -ης, ȣ, ὁ, matris percussor, matricida. Ex μήτηρ et ἀλοιάω.

Μητραλῴην, *Att.* et *Ion.* pro μητραλοίαν.

Μητράριον, ȣ, τὸ, matercula, *Gl. V.* A μήτηρ.

Μητρεγχύτης, ȣ, ὁ, instrumentum quo medicamentum in uterum infunditur. Ex μήτρα et ἐγχύω, *infundo.*

Μήτρῃ, *Ion.* pro μήτρα.

Μητριάζειν, idem quod μητραγυρτεῖν, *Poll.*

Μητρίδιος, α, ον, epith. urticæ; matrix, semen in se habens, *ap. Aristoph. Ern.*

Μήτρια· τὰ μήτρια, materna, *Gl. V.*

Μητρικὸς, ἡ, ὸν, maternus. A μήτηρ.

Μητρικῶς, *adv.* matris more.

Μητρὶς, ίδος, ἡ, ut πόλις, χώρα, vel γῆ, civitas, regio vel terra materna, ex qua mater alicujus oriunda est. Ex μήτηρ.

Μητρογαμέω, ῶ, fut. ήσω, matrem uxorem duco.

Μητροδίδακτος, ȣ, ὁ ἡ, a matre edoctus. Ex διδάσκω.

Μητρόδοκος, ȣ, ὁ ἡ, a matre receptus. Ex δέχομαι.

Μητρόθεν, *adv.* a matre, ex parte matris.

Μητρόθεος, ȣ, ἡ, Deûm mater, seu parens; epith. B. Virginis.

Μητροκασιγνήτη, ης, ἡ, matris germana, matertera.

Μητροκασίγνητος, ȣ, ὁ, matris frater, avunculus.

Μητροκτονέω, ῶ, fut. ήσω, matrem occido. A

Μητροκτονία, ας, ἡ, matricidium, *R.* A

Μητροκτόνος, ȣ, ὁ ἡ, matricida, qui vel quæ matrem occidit. Ματροκτόνον αἷμα χεῖρε θέσθαι, cæde matris manus polluere, *Eur. Or.* 831. Ex μήτηρ et κτείνω.

Μητροκωμία, ας, ἡ, vicus aliorum vicorum mater; seu ex quo coloniæ deducuntur. Ex μήτηρ et κώμη, *vicus.*

Μητρομήτωρ, ορος, ἡ, matris mater, avia materna. A μήτηρ geminato.

Μητρόξενος, ȣ, ὁ ἡ, spurius.

Μητροπάρθενος, ȣ, ἡ, mater et virgo, epith. Mariæ.

Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, matris pater, avus maternus.

Μητρόπολις, εως, ἡ, metropolis, urbium aliquarum mater, sive quæ colonias emisit; urbs prima provinciæ.

Μητροπολίτης, ȣ, ὁ, qui ex urbe matrice seu metropoli est; (2) episcopus metropolitanus, qui metropoli præest, et alios episcopos sub se habet. A præc.

Μητροπόλος, ȣ, ὁ, sacerdos Cereris.

Μητροπρεπῶς, *adv.* ut matrem decet. Quasi a μητροπρεπής. Ex μήτηρ et πρέπει.

Μητρορραίστης, ȣ, ὁ, qui matrem violat, qui matri manus intulit, *Suid.* Ex ῥαίω.

Μητρόρριπτος, ȣ, ὁ ἡ, a matre abjectus, *R.* Ex μήτηρ et ῥίπτω.

Μητροτρεφὴς, ὲς, matris alumnus. A τρέφω.

Μητροτύπτης, ȣ, ὁ, matricida. A τύπτω.

Μητροφθόρος, ȣ, ὁ ἡ, qui matrem occidit, matricida. Ex μήτηρ et φθείρω.

Μητροφόνος, ȣ, ὁ, idem. Ex φένω.

Μητροφόντης, ȣ, ὁ, idem. Ὁ μητροφόντας δράκων, (Orestes) *Eurip. Orest.* 1424. Ex eod.

Μητρυιὰ, ᾶς, ἡ, noverca; (2) altera patria, h. e. ubi quis vivit, et tamen non natus est; (3) novercæ indolem habens, h. e. iniqua dura. A μήτηρ.

Μητρυιάζειν, novercari, *Gl. V.* A præc.

Μητρυιὸς, ȣ, ὁ, vitricus, per jocum. Ab eod.

Μητρυιώδης, ȣ, ὁ ἡ, novercalis. A μητρυιά.

Μητρῳακὸς, ut μητρῳακὰ ἀγιστεῖα, purificationes in sacris Cybeles fieri solitæ. A μητρῷος.

Μητρῴας, seu ματρωΐας, ὁ, matris pater, vel maternus avus. *Poll.*

Μητρῷιος, idem quod μητρῷος, *Ep.*

Μητρωνυμικὸν, nomen e nomine matris factum.

Μητρῷος, ῴα, ῷον, maternus. Hinc et μητρῷον, ȣ, fanum Cybeles seu Magnæ matris Deûm.

Μητρῷα, τὰ, sacra Cybeleia.

Μήτρως, ωος, ὁ, avunculus maternus. Accus. μήτρωα. Πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα, *Il.* 2, 662.

Μηχανάαται, *machinatur*, 3. sing. præs. ind. med. *Poet.* pro μηχανᾶται. A

Μηχανάομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, machinor, molior, struo, agito; inf. μηχανάσθαι, *Poet.* μηχανάασθαι· μηχανόωνται, 3. plur. præs. ind. *Poet.* pro μηχανῶνται, μηχανάονται· μηχανεώμενοι, part. *Ion.* pro μηχανώμενοι. Μηχανῶμαι etiam pass. ut μεμηχάνητο, plusquam perfect. arte mechanica factus erat; part. perf. μεμηχανημένος, arte factus; subdole compositus. Terminationes activæ raro occurrunt, *Soph.* μηχανᾷν, moliri. *Hom.* μηχανόωντας, part. *Ion.* pro μηχανῶντας, μηχανάοντας. Μεμηχάνηται τἄργον, rite confectam, *Soph. Trach.* 595. Πάντ' ἐμηχανῶντ' ἐφ' ὑμῖν, *Aristoph. Pace*, 619. Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰσχρὰ μηχανώμεθα, *Eurip. Hipp.* 335.

Μηχανάω, ῶ, conor aliquid efficiendum, quæro rationem efficiendi, molior, struo. Οἳ ὅρ' ὧ μνηστῆρας ἀτάσθαλα μηχανόωντας, *Odyss.* 18, 142. Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾷν θεὸς, *Soph. Aj.* 1037. Forma media usitatior est.

Μηχανεύω, fut. εύσω, excogito, machinor. Hinc perf. part. pass. μεμηχανευμένος, excogitatus, 2 *Paralip.* 26, 15. *Suid.* A

ΜΗΧΑΝΗ', ῆς, ἡ, machina, instrumentum; (2) artificium, seu adminiculum, quo quis utitur ad aliquid efficiendum; (3) commentum, ars, solertia; (4) machina bellica; (5) machinatio, consilium, molitio, *Gl. V.* πάσῃ μηχανῇ, quovis modo, etiam atque etiam, ἐδεμία μηχανὴ dicitur de re impossibili.

Μηχάνημα, ατος, τὸ, machina, machinamentum, dolus, ars, stratagema; molitio, *Gl. V.* A μηχανάομαι.

Μηχάνησις, εως, ἡ, machinatio, machinamentum. Ab eod.

Μηχανητέον, *adv. posit.* machinandum. Ab eod.

Μηχανητὴς, ȣ, ὁ, machinator. Ab eod. Hinc

Μηχανητικὸς, ἡ, ὸν, machinandi, seu machinas conficiendi, peritus; (2) solers in excogitando.

Μηχανηφόρος, ȣ, ὁ ἡ, machinam ferens, *Suid.* Ex μηχανὴ et φέρω.

Μηχανικὸς, ἡ, ὸν, machinandi, seu machinas fabricandi, peritus; (2) *subst.* artifex eorum quæ ingenio simul et manu fiunt; sed ἡ μηχανικὴ, ῆς, scil. τέχνη, ars mechanica:

Μηχανιώτης, ȣ, ὁ, machinator, versutus. *Voc.* μηχανιῶτα. A μηχανή.

Μηχανοδίφης, ȣ, ὁ, idem. A διφάω.

Μηχανόεις, εσσα, εν, idem.

Μηχανοίατο, 3. plur. præs. opt. med. *Ion.* pro μηχανοῖντο, a μηχανέομαι.

Μηχανοποιέω, ῶ, machinas fabrico, *R.*

Μηχανοποιΐα, ας, ἡ, machinarum fabricatio. A

Μηχανοποιὸς, ȣ, ὁ ἡ, machinarum faber, machinarum theatralium artifex et moderator. Ex μηχανὴ et ποιέω.

Μηχανορραφέω, fraudes excogito.

Μηχανορραφία, ας, ἡ, machinarum structio, fraudum excogitatio. A

Μηχανορράφος, ȣ, ὁ ἡ, dolorum et fraudum artifex, machinarum excogitator, malorum inventor. Μηχανορράφοι κακῶν, *Eurip. Andr.* 448. Ἁπάντων τῶνδε μηχανορράφος, *Id. ibid.* 1117. Ex μηχανὴ et ῥάπτω.

Μηχανουργὸς, ȣ, ὁ ἡ, machinas fabricans. Ex μηχανὴ et ἔργον.

Μηχανώμενος, præs. part. med. *contr.* pro μηχανόμενος, a μηχανάω.

Μῆχαρ, τὸ, artificium, commentum, conamen; (2) adjumentum, remedium, *Lycophr.* A

Μῆχος, εος, τὸ, artificium, machinatio, consilium, commentum; (2) dolus, ars. A μάω.

Μία, una. Vide εἷς.

Μιαιγαμία, ας, ἡ, nuptiæ incestæ, impuræ, *Suid.* Ex μιαίνω et γάμος.

ΜΙΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, inquino, conspurco, polluo, fœdo; (2) inficio colore, tingo; (3) conscelero; μιήνῃ, 3. sing. aor. 1. act. conj. tinxerit; μιάνθησαν, 3. plur. aor. 1. pass. pro ἐμιάνθησαν, maculati sunt; μιᾶναι, aor. 1. act. inf. violare, *Ph.* Εἵματα καλὰ μιαινεῖς, *Theoc.* 27, 52. Οὐ μιανθῆναι θέλων, *Eur. Ion.* 1159.

Μιαιφονέω, ῶ, fut. ήσω, polluo me cæde, homicidium perpetro; μιαιφονεῖ, trucidat. Πόνηρόν γ' αἱρεῖσιν μιαιφονεῖν, *Eur. Iphig. in Aul.* 1412.

Μιαιφονία, ας, ἡ, contaminatio e cæde; (2) cædes nefaria et scelerata, homicidium impium, parricidium. A

Μιαιφόνος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui se cæde polluit, qui homicidium perpetravit, homicida nefarius, latro; (2) sanguinarius, crudelis, propensus ad sanguinem effundendum. Ex μιαίνω et φόνος.

Μιαιφονώτατα, *adv.* crudelissime, fœdissime.

Μίαμμα, ατος, τὸ, tinctura, *Suid.* A μιαίνω.

Μιάνθην, 3. plur. aor. 1. ind. pass. *Ion.* et *Bœot.* pro ἐμιάνθησαν, a μιαίνω.

Μίανσις, εως, ἡ, pollutio. Ab eod.

Μιαντὸς, inquinatus, *Gl. V.* Ab eod.

Μιανῶ, fut. 1. ind. act. verbi μιαίνω.

Μιαρία, ας, ἡ, impuritas, scelus. A

Μιαρὸς, ρὰ, ρὸν, spurcus, pollutus, contaminatus; (2) scelestus, dirus, sceleratus, impurus, flagitiosus, abominandus, obscœnus. A μιαίνω.

Μιαροφαγέω, ῶ, fut. ήσω, cibis vetitis vescor.

Μιαροφαγία, ας, ἡ, vetitorum esus. A

Μιαροφάγος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui vetitis cibis vescitur.

Μιαρῶς, *adv.* impure; (2) sceleste, scelerate.

Μίασμα, ατος, τὸ, inquinamentum; (2) contagium; (3) piaculum; (4) stuprum. Μίασμα τοῦ τεθνηκότος, piaculum defuncti contractum nece, *Soph. Œd. Tyr.* 313.

Μιασμὸς, ῦ, ὁ, idem. A μιαίνω.

Μιάστωρ, ορος, ὁ, contaminator; (2) fœdus, impurus, cæde vel alio scelere contaminatus; (3) malus genius, furia vindex. (3) αὐθέντην δέ σε, μιάστορ' ὥς τιν' εἰσδέδορκα, *Eurip. Andr.* 615. Σῷ κάρᾳ μιάστορες, tuo capiti dæmones infesti, *Id. Med.* 1371. Τὴν Ἑλλάδος μιάστορ' εἰς ᾅδου βαλεῖν, *Id. Or.* 1584. Ab eod.

Μίγα, *adv.* mistim, promiscue. A μίγνυμι.

Μιγάδην, *adv.* idem et ab eod.

Μιγάζομαι, misceor. Ab eod.

Μιγὰς, άδος, ὁ ἡ ἡ, mistus, permistus, miscellaneus. Hinc μιγάδες, hominum colluvies, homines promiscue convenæ. Ab eod.

Μίγδα, *adv.* mixtim, promiscue:

Μίγδην, *adv.* idem. Ab eod.

Μιγεῖεν, *mixti sint*, 3. plur. aor. 2. opt. pass. pro μιγείησαν, *Il.* 3, 301.

Μιγείη, 3. sing. aor. 2. opt. pass. verbi μίγνυμι

Μιγεὶς, *mixtus*, part. aor. ejusd.

Μίγεν, 3. plur. aor. ejusd. in ind. *Ion.* et *Bœot.* pro ἐμίγησαν.

Μιγέωσιν, 3. plur. aor. ejusd. conj. *Ion.* et cum ν ἐφελκ. pro μιγῶσι.

Μιγήμεναι, a. 2. inf. *Dor.* et *Att.* pro μιγῆναι.

Μίγην, aor. idem in ind. *Ion.* pro ἐμίγην.

Μιγῆναι, aor. idem in inf.

Μιγήσομαι, fut. 2. ind. pass. verbi μίγνυμι.

Μίγμα, ατος, τὸ, mixtura, farrago; μίγματα, peculiariter de medicamentorum misturis. Ab eod. μίγνυμι.

Μιγματοπώλης, ε, ὁ, pharmacopola.

Μιγμὸς, ῦ, ὁ, idem quod μίγμα, *ap. Laert.*

ΜΙ'ΓΝΥΜΙ, vel μιγνύω, fut. μίξω, misceo, permisceo; pass. μίγνυσθαι, misceri; prope accedere, consuescere, de concubitu; aor. 1. inf. μιχθῆναι aor. 2. μιγῆναι, part. aor. 1. μιχθεὶς, μιχθεῖσα perf. pass. part. μεμιγμένος, mistus. Τῶν τε πυρῶν μῖξον αὐτοῖς, *Aristoph. Pace*, 1152. Πᾶν γὰρ μίγνυται μέλος βοῆς, *Eur. El.* 756.

Μιγνῦναι, *miscere*, præsens in inf. act.

Μίγω, (inus.) unde μίξω, f. verbi μίσγω, seu μίγνυμι.

ΜΙ'ΔΑΣ, ε, ὁ, Midas, nomen regis Phrygiæ; (2) nomen jactus tesserarii seu aleatorii admodum felicis; (3) bestiola fabas exedens.

Μιηφόνος, pro μιαιφόνος.

ΜΙ'ΘΡΑΣ, ε, ὁ, Sol, apud Persas, ut Deus.

Μικκὸς, ἡ, ὸν, parvus, exiguus. Hinc μικκὸν, *adv.* parum, paulisper. *Vox Dorica.*

Μικκύλος, parvulus, pusillus. Dim. a præc.

Μικραδικητικὸς, ἡ, ὸν, in parvis injuriosus.

Μικραίτιος, ε, ὁ ἡ ἡ, ob parvas res expostulans. Ex μικρὸς et αἰτία, *causa.*

Μικραύλαξ, ακος, ὁ ἡ ἡ, paucos vel etiam parvos sulcos habens, *Suicer.*

Μικρᾶς, gen. sing. f. g. pro μικρᾶς.

Μικροβασίλειος, α, ον, regnum parvum habens. Μικροβασιλείας δὲ ὢν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς δεῖται τοῦ πατρὸς Διὸς, quum regia ejus auctoritas intra paucos duntaxat homines concluderetur, precatus est suum patrem Jovem, *Eustath. ad Hom. Il.* 1. A

Μικροβασιλεὺς, έως, ὁ, rex parvus, regulus. Μικροβασιλεὺς αὐτὸς ὢν, parvo admodum regno potitus, *Eustath. ad Hom. Il.* 1.

Μικρόβιος, ε, ὁ ἡ ἡ, breve tempus vivens, qui exiguæ est vitæ.

Μικρόβωλος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvas habens glebas.

Μικρογένειος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvum mentum habens, *R.* Ex μικρὸς et γένειον.

Μικρόγενυς, υος, ὁ ἡ ἡ, idem, *R.*

Μικρογλάφυρος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvos et aptos articulos habens, *Suicer.*

Μικρογναμοσύνη, ἡ, pusillanimitas, animus demissus et abjectus, *Pollucis Onomast.*

Μικρογραφέω, vocali brevi scribo, verbi causa, ο pro ω. Μικρογραφεῖν δὲ δεῖ τὸ ὄρος, διὰ τὸ εἶναι τὸν πόδα ἀνάπαιστον, *Schol. Soph. ad Elect.* 199.

Μικροδοσία, ας, ἡ, exigua donatio, parvum munus. Ex μικρὸς et δόσις.

Μικροθαύμαστος, ὁ ἡ ἡ, res parvas admirans, *Schol. Aristoph. ad Equit.* A θαυμάζω.

Μικροθυμέω, ῶ, fut. ήσω, animo pusillo sum.

Μικροθυμία, ας, ἡ, pusillanimitas. A

Μικρόθυμος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui animo pusillo est.

Μικροκαρπία, ας, ἡ, parvi fructus editio, fructus exiguitas. A

Μικρόκαρπος, ε, ὁ ἡ ἡ, fructus exiguos edens.

Μικροκέφαλος, ε, ὁ ἡ ἡ, exiguum habens caput. Ex μικρὸς et κεφαλή.

Μικροκίνδυνος, ε, ὁ ἡ ἡ, parva suscipiens pericula.

Μικροκλέπτης, ε, ὁ, fur rerum minutarum, *Schol. Aristoph. ad Vespas.*

Μικροκοίλιος, ε, ὁ ἡ ἡ, exilem habens ventrem. Ex μικρὸς et κοιλία.

Μικρόκομψος, ον, parum concinnus, vel affectatam in minutiis ac puerilem concinnitatem habens. Ἡγησιακὸν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς συνθέσεως, μικρόκομψον, ἀγεννὲς, μαλθακόν, *Dion. Halic. de Composit. Verborum.*

Μικρόκοσμος, ε, ὁ, parvus mundus, homo.

Μικροληψία, ας, ἡ, paucorum acceptio. Ex μικρὸς et λῆψις.

Μικρολογέομαι, ῦμαι, rei parvæ rationem habeo; (2) anxie et scrupulose circa vilia et spernenda occupor; (3) sordide et parce facio; (4) scrupulose rem expendens facio. Μηδὲν περὶ συγχρήσεως τῶν φωνηέντων μικρολογημένη, *Hermog.* (4) οὐδὲ μικρολογούμενοι παθεῖν ὅτι ἂν ζημιῶτε, irrogaturi estis, *Appian. Punic.* 79.

Μικρολογία, ας, ἡ, oratio tenuis omnique sententiarum dignitate destituta; (2) cura quæ impenditur rebus parvis ac vilibus tanquam magnis; (3) sordes, avaritia, parsimonia. A

Μικρολόγος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui rerum exiguarum ac vilium rationem habet, qui in minima quæque inquirit, scrupulosus; (2) sordidus, tenax, præparcus.

Μικρολόγως, *adv.* res parvas magni æstimando; (2) sordide, præparce.

Μικρόλυπος, ε, ὁ ἡ ἡ, cui res minimæ animi molestiam adferunt. Ex μικρὸς et λύπη.

Μικρομελὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, parva habens membra. Ex μικρὸς et μέλος.

Μικρομέρεια, ας, ἡ, tenuitas partium. A

Μικρομερὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, parvis partibus constans. Ex μικρὸς et μέρος.

Μικρόμματος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvos oculos habens. Ex μικρὸς et ὄμμα.

Μικρόπεπλος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvum peplum gestans, *R.*

Μικροποιέω, ῶ, fut. ήσω, minutum reddo. Μικροποιῶν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, &c. *Longin.* 41.

Μικροποιὸς, ὸν, minutum, humile reddens. Μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ καὶ σεσοβημένος, *Longin.* 41.

Μικροπολίτης, ε, ὁ, parvæ urbis civis. Hinc

Μικροπολιτικὸς, ἡ, ὸν, civi parvæ civitatis conveniens seu usitatus, &c. Hinc μικροπολιτικὸν, ῦ, multitudo parvi oppidi, *item* mores moribus parvi oppidi similes.

Μικροπόνηρος, ε, ὁ ἡ ἡ, in parva re improbus.

Μικροπρέπεια, ας, ἡ, illiberalitas, sordes, indecora parsimonia.

Μικροπρεπεύομαι, fut. εύσομαι, indecore parcus sum, sum vilis abjectique animi. A

Μικροπρεπὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, viles abjectosque decens; (2) vilis, sordidus, illiberalis. Ex πρέπει.

Μικροπρεπῶς, *adv.* sordide, illiberaliter.

Μικροπρόσωπος, ε, ὁ ἡ ἡ, faciem parvam habens, *R.*

Μικροπτέρυξ, γος, parvas alas habens. *Schol. Pind. ad Pyth.* 4, 29.

Μικρόρραξ, αγος, ὁ ἡ ἡ, qui parvos habet acinos.

Μικρόρριν, vel μικρόρρις, ινος, ὁ ἡ ἡ, parvum nasum habens.

Μικρορρύγχος, ὁ, ἡ, idem quod μικρόρραξ.

ΜΙΚΡΟ'Σ, ρὰ, ρὸν, parvus, exiguus; (2) qui parvi pretii aut momenti est; (3) paucus; μικρὸν, *adv.* paululum, parum; μικροῦ, prope, fere, propemodum; μικροῦ δεῖν, paulo minus, pene, *Ph.* μικροῦ πρόσθεν, paulo ante, *Ph.* μικρῷ πρότερον, paulo ante; μικρῷ ὕστερον, paulo post; et μικρὸν πρότερον, μικρὸν ὕστερον.

Μικροσκελὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, parva habens crura. A σκέλος.

Μικροσπέρματος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvum semen habens. Ex μ. et σπέρμα.

Μικρόσπερμος, ε, ὁ ἡ ἡ, idem et ex iisd.

Μικρόσταχυς, υος, ὁ ἡ ἡ, parvas spicas habens.

Μικρόστομος, ε, ὁ ἡ ἡ, os parvum habens.

Μικροσφαίρος, ον, folia perparva habens.

Μικρόσφυκτος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui parvus et debilis est pulsus; (2) debilis. A σφύζω.

Μικροσφυξία, ας, ἡ, exilitas pulsus arteriarum.

Μικρόσχημος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvum habitum gerens. A σχῆμα.

Μικρότατον, paululum, *Gl. V.*

Μικρότερος, minor, *Ph.* A μικρός.

Μικροτέχνης, ε, ὁ, vilis et abjectus artifex. A τέχνη.

Μικρότης, ητος, ἡ, parvitas, exiguitas, pusillitas. A μικρός.

Μικροτράπεζος, ε, ὁ ἡ ἡ, qui exiguam seu tenuem habet mensam. Ex τράπεζα.

Μικρότριχος, ε, ὁ ἡ ἡ, parvos seu breves habens pilos. A θρίξ.

Μικροφάγος, ε, ὁ ἡ ἡ, tenuissimo victu utens.

Μικροφιλοτιμία, ας, ἡ, inepta et sordida gloriæ ambitio, ambitio frivola. A

Μικροφιλότιμος, ε, ὁ ἡ ἡ, e rebus tenuibus honorem captans, *Theophr.*

Μικροφρόνως, *adv.* illiberaliter, sordide.

Μικροφροσύνη, ης, ἡ, pusillanimitas. A

Μικρόφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, pusillanimus. Ex μικρὸς et φρήν.

Μικροφυὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, pusillus. A φύη.

Μικροφυΐα, ας, ἡ, parvitas a natura. A præc.

Μικρόφυλλος, ε, ὁ ἡ ἡ, parva habens folia.

Μικροφωνία, ας, ἡ, exilitas vocis. A

Μικρόφωνος, ε, ὁ ἡ ἡ, gracilem et exilem vocem habens. A φωνή.

Μικροχαρὴς, ὲς, rebus parvis, nihili, frivolis gaudens. A χαίρω.

Μικρόχωρος, ȣ, ὁ, ἡ, exiguum solum habens.

Μικροψυχέω, ῶ, fut. ήσω, pusillo animo sum; exponitur etiam, animo deficio.

Μικροψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas, animus demissus et abjectus. A

Μικρόψυχος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui animo demisso et abjecto est, pusillanimus. A ψυχή.

Μικρύνω, parvum reddo, imminuo. A μικρός.

Μικρῶς, *adv.* parum, leviter. Ab eod.

Μικτέον, miscendum, *Steph.*

Μίκτο, 3. sing. plusq. perf. ind. pass. *Ion.* pro ἐμέμικτο, a μίγνυμι. Unde

Μικτὸς, ἡ, ὸν, mixtus; (2) qui misceri potest. A μίγνυμι, *misceo.*

Μίλαξ, ακος, ἡ, taxus; hederæ species. Vide σμίλαξ.

Μιλησιεργὴς, Milesio opere factum; sicut celebrantur Μιλήσια στρώματα, Milesia stragula, et Μιλήσια ἔρια, Milesiæ lanæ. Ex ἔργον et Μίλητος, Miletus, quæ est urbs Asiatica.

ΜΙΛΙΑ'ΡΙΟΝ, ȣ, τὸ, milliarium, columna Romæ, unde milliaria numerari cœpta; (2) vas ad parandam aquam calidam, *Athen.*

Μιλιάζω, vel μιλιάω, fut. άσω, milliaria demetior. Hinc μεμιλιάσθαι, per milliaria esse dimensa, *Strab.* A μίλιον. Hinc

Μιλιασμὸς, ȣ̃, ὁ, dimensio per milliaria.

Μίλιγδος, plasticæ artis vox, unde ἀσπίδα ἡμιμίλιγνον. Vide *Poll.*

Μιλίγματα, τὰ, reliquiæ, *E. M.*

ΜΙ'ΛΙΟΝ, ȣ, τὸ, milliare, spatium mille passuum.

Μίλλω, mitto, *Æsch. Stanl.* al. μύλλω, *Turn.*

Μίλον, ȣ, τὸ, aut μίλος, ȣ, ὁ, milacis, seu smilacis, taxi, sive hederæ flos, *Poll.*

Μίλτειος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui e minio, aut minio tinctus, est. A μίλτος.

Μιλτηλεφὴς et -ιφὴς, έος, ὁ ϰ ἡ, minio illitus, miniatus, minio tinctus. Ex μίλτος et ἀλείφω.

Μίλτινος, ίνη, ινον, miniaceus. A μίλτος.

Μιλτίτης, ȣ, ὁ, ut μιλτίτης λίθος, lapis minii colorem referens. Ab eod.

Μιλτόπαρῃος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, genas minio infectas habens; epith. navis rubro pictæ; (2) miniaceus, ruber. (2) ξανθοὶ δ' αὖθ' ἕτεροι πέδιον ἐπὶ μιλτοπαρῄων, *Oppian. Cyneget.* 3, 509.

Μιλτόπρεπτος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, minio pulchre pictus; decorus. Ex μίλτος et πρέπω.

ΜΙ'ΛΤΟΣ, ȣ, ἡ, minium, rubrica; (2) rubigo segetum.

Μιλτοφυὴς, ὲς, miniatus, rubricatus, *Ep.*

Μιλτόχριστος, ον, minio unctus, *Sibyl.*

Μιλτόω, ῶ, fut. ώσω, minio inficio, rubrica tingo. *Gl. V.* minio. A μίλτος.

Μιλτώδης, έος, ὁ ϰ ἡ, miniaceus, minio similis; (2) minii plenus. Ab eod.

Μιλτωρυχία, ας, ἡ, minii effossio; (2) locus ubi minium effoditur.

Μιλτωρύχος, ȣ, ὁ, minii seu rubricæ effossor. Ex μίλτος et ὀρύσσω.

Μιλτωτὸς, ἡ, ὸν, miniatus, rubricatus, *Gl. V.* A μιλτόω.

ΜΙ'ΛΦΑΙ, ῶν, αἱ, defluvium pilorum palpebræ.

Μίλφωσις, εως, ἡ, idem. A præc.

ΜΙΜΑΙ'ΚΥΛΟΝ, ȣ, τὸ, fragum, fructus arbuti.

Μιμαλλόνες, ων, αἱ, Mimallones, Bacchæ, seu sacerdotes Bacchi. A μιμέομαι, *imitor.*

Μιμαλόνες, όνων, αἱ, idem et ab eod.

ΜΙ'ΜΑΡΚΙΣ, εως, ἡ, sive μίμαρκυς, υος, ἡ, farciminis genus.

Μιμαυλέω, ῶ, histrioni accino tibia, *Hes.* ὑποκρίνεσθαι. A

Μίμαυλος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui mimos tibia exprimit. Ex μῖμος et αὐλὸς, *tibia.*

ΜΙΜΕ'ΟΜΑΙ, ȣ̃μαι, fut. ήσομαι, imitor, imitatione exprimo. Εἰ τὰ τῶν θεῶν καλὰ μεμέμιθ', *Eur. Ion.* 452. Τὸν τρόπον μιμέεσθαι τὸν τῶν ἀγροίκων, *Aristoph. Conc.* 279. Εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαι σὲ πρὸς αὐτήν, *Luc.*

Μιμηλάζω, idem quod μιμέομαι, imitor, *Hes.*

Μιμηλὸς, ἡ, ὸν, imitando expressus, a docto imitatore factus. Hinc *Dor.* μιμηλὰ, imitando expressa imago; μιμηλὸς etiam, active, pro imitandi solertia præditus, imitator; ut μιμηλὴ τέχνη, imitatrix ars; μιμηλότατοι, imitandi dexteritate præstantissimi. A μιμέομαι.

Μιμηλότης, ητος, ἡ, imitandi dexteritas. *Suid.* sine expositione. A præc.

Μιμηλῶς, *adv.* idem quod μιμητικῶς.

Μίμημα, ατος, τὸ, imitamentum, imago.

Μιμήσαιντο, *imitentur*, 3. plur. aor. 1. opt. med. verbi μιμέομαι.

Μίμησις, εως, ἡ, imitatio. Ab eod.

Μιμητέον, imitandum, *Steph.* Ab eod.

Μιμητὴς, ȣ̃, ὁ, imitator; poetæ quoque et histriones dicuntur μιμηταὶ illi, quod verbis et oratione, hi, quod gestu præcipue imitentur mores hominum. Hinc *Philox.* μιμητὴς, insectator. Ab eod.

Μιμητικὸς, ἡ, ὸν, imitandi solertia præditus, peritus imitator. *Gl. V.* gesticularius:

Μιμητικῶς, *adv.* imitando, more imitatorum:

Μιμητὸς, ἡ, ὸν, imitabilis. Ab eod.

Μιμήτωρ, ὁ, idem quod μιμητὴς, *Man.*

Μιμία, ας, ἡ, imitatio. A μῖμος. Unde

Μιμικὸς, ἡ, ὸν, mimicus, ad mimos pertinens.

Μιμνάζω, permaneo, præstolor, exspecto. Μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ, *Il.* 2, 392. A μίμνω.

Μιμνάσκετο, 3. sing. imperf. ind. pass. vel med. *Ion.* et *Dor.* pro ἐμιμνήσκετο.

Μιμνήσκεαι, 2. sing. præs. ind. pass. *Ion.* pro μιμνήσκεσαι, a

Μιμνήσκω, in memoriam revoco; μιμνήσκομαι, recordor, memini. A μνάω. Vide μνάομαι.

Μίμνον, 3. plur. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔμιμνον, a verbo poetico μίμνω pro μένω.

Μιμνόντεσσι, dat. plur. part. præs. *Poet.* pro μίμνεσι.

Μίμνω, maneo, permaneo; (2) exspecto; (3) sustineo, excipio. Ἡ μίμνει κατ' οἶκον ἐρσρῶν ἀπαιδίαν, *Eurip. Ion,* 514. A μένω.

Μιμόβιος, ὁ, mimus vitæ, *Man.*

Μιμογράφος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui mimos scribit. Ex μῖμος et γράφω.

Μιμολογέω, ῶ, mimos recito, mimice recito; pass. μιμολογεῖσθαι, mimice recitari. A

Μιμολόγος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui mimos recitat, *in Epigr.* echo dicitur μιμολόγος, imitans vocem humanam. Ex μῖμος et λόγος.

Μῖμος, ȣ, ὁ, mimus, imitator; histrio, *Gl. V.* (2) mimus, imitatio, *Gl. V.* nempe ipse actus mimicus, plerumque obscœnior, et mimi ejusmodi scenici versus; (3) vana rerum ementitarum repræsentatio, adumbratio. A μιμέομαι.

Μιμὼ, όος, *contr.* ȣ̃ς, ἡ, simia, humanarum actionum imitatrix, *Tzetzes.* A præc.

ΜΙ'Ν, *pronom. indeclin.* seipsum, seipsam; alicubi et pro seipsos. Μὶν σκότος εἷλε, *Il.* 5, 47. Κῶμα μὶν ἔχει, seipsos, *Hippocr.*

ΜΙ'ΝΔΑΣ, ακος, ἡ, suffimentum quoddam, suffitus, *Athen.*

ΜΙ'ΝΘΑ, vel μίνθη, ης, ἡ, mentha, herba suavis odoris.

ΜΙ'ΝΘΟΣ, ȣ, ὁ. stercus, merda. Alicubi et pro μίνθη. Hinc

Μινθόω, ῶ, fut. ώσω, stercore inquino.

Μινυαμάχος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, Minyarum domitor, *Suicer.* Ex Μινύαι, *Minyæ*, qui gens erant Thessaliæ, et μάχομαι.

Μινυθέω, ῶ, fut. ήσω, minuo, imminuo; unde perf. μεμινυθήκασιν, *Hipp.* A μινυός.

Μινύθημα, ατος, τὸ, quod imminutum est; extenuata pars corporis. A præc.

Μινύθησις, εως, ἡ, imminutio, *Hipp.*

Μινύθω, minuo, imminuo; (2) minor fio; decresco, deficio, marcesco, contabesco. Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, *Hes. Oper.* 6. A μινυός. Hinc

Μίνυνθα, *adv.* parumper, paulisper, paululum, ad parvum temporis spatium. Hinc

Μινυνθάδιος, fem. μινυνθαδίη, brevis temporis, *id est*, parum durans; μικρόβιος, *apud Homerum.*

Μινυνθώδης, ες, brevis, *Ern.*

ΜΙΝΥΟ'Σ, ὰ, ὸν, parvus, exilis.

Μινύριγμα, ατος, τὸ, querulum et exile murmur. A

Μινύριζε, 3. sing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐμινύριζε· vel *exili voce lamentare*, 2. sing. præs. imperat. verbi

Μινυρίζω, exili voce lamentor, exili et flebili voce cantillo, *Ph.* μινυρίζει, minurit. Οὐ αὖ μινυρίζων δεῦρό τις προσέρχεται, *Aristoph. Av.* 1420. A μινύρομαι. Hinc

Μινύρισμα, -ατος, τὸ, minuritio, cantus minorum avium.

Μινυρισμὸς, ȣ̃, ὁ, murmuratio, susurratio.

Μινύρομαι, querula et lamentabili voce loquor, vel cantillo. A μινυός.

Μινυρὸς, ρὰ, ρὸν, querula seu exili voce cantillans, *Theophr.*

Μινυώριος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, brevi tempore durans, fluxus, caducus. Ex μινυὸς et ὥρα.

Μινύωρον, *adv.* paululum, *Suid.*

Μὶξ, *adv.* idem quod μίγδα, *Nic.*

Μιξαιθρία, ας, ἡ, serenitas pluviis hiemalibus permixta. Ex μίξις et αἰθρία.

Μιξαίθριον, ȣ, τὸ, idem et ex iisd.

Μιξάνθρωπος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semihomo.

Μιξέλληνες, altero tantum parente Græci, ut hibridæ apud Romanos.

Μιξίαμβος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, conviciator, *Hes.* Ex μίξις et ἴαμβος, *carmen Iambicum*, quod olim convitiis in primis adhibebatur.

Μίξις, εως, ἡ, mixtio, mixtura, permistio, temperatura; (2) concubitus, coitus.

Μιξοβάρβαρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semibarbarus. Ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι μιξοβάρβαρος, *Eurip. Phœn.* 140.

Μιξοβόας, ȣ, ὁ, promiscue clamans, *Rob.* Ex μίξις et βοάω.

Μιξοδία, ας, ἡ, mixtio viarum, trivium. Μιξοδίη, locus inter Scyllam et Charybdim. Ἄλλα δ' ὅπαζον κύντερα μιξοδίῃσιν ἁλὸς ῥαιστήρια νηῶν, *Apoll. Rhod.* 4, 921. Ibi loquitur poeta de loco inter Charybdim et Scyllam. Vide *Scholiastem ad vers.* Ex μίξις et ὁδός.

Μίξοδος, ȣ, ἡ, idem et ex iisd.

Μιξόθηρ, ηρος, ὁ ϰ ἡ, semifer, feræ quasi permixtus. Ex μ. et θήρ.

Μιξόθηρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, idem; (2) qui belluinis est moribus, *Suicer.* Ex iisd.

Μιξόθριξ, τριχος, ὁ ϰ ἡ, semicanus.

Μιξόθροος, -ον, e variis clamoribus mixtus.

Μιξοιφία, ας, ἡ, coitus, *Hes.* Ab οἰφέω.

Μιξόλευκος, ον, albo distinctus.

Μιξολύδιος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semi-Lydius.

Μιξολυδιστὶ, *adv.* semi-Lydio more.

Μιξόμβροτος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semihomo, ut centaurus.

Μιξονόμος, epith. hircorum, quia inter oves pascuntur, *ap. Athen.* Ex μίξις et νέμω.

Μιξοπάρθενος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semivirgo, ut Harpyia.

Μιξοπόλιος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, cujus capilli canis incipiunt misceri. *Gl. Vet.* canaster.

Μιξόπυος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, pure permixtus. Ex μίξις et πύον.

Μιξοφρύγιος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, semi-Phrygius.

Μιξόφρυς, υος, ὁ ϰ ἡ, supercilia coeuntia habens. Ex μίξις et ὀφρύς.

Μιξόχλωρος, ον, subviridis.

Μίξω, *miscebo*, fut. 1. ind. act. verbi μίγνυμι.

Μισαγαθία, ας, ἡ, odium bonorum seu bonarum rerum. A

Μισάγαθος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui bonos vel res bonas odit. Ex μισέω et ἀγαθός.

Μισαδελφία, ας, ἡ, fratris odium. A

Μισάδελφος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, qui fratrem odit.

Μισαλάζων, ονος, ὁ ϰ ἡ, osor arrogantiæ.

Μισαλέξανδρος, ὁ, Alexandri osor, *Plut.*

Μισαλληλία, ας, ἡ, odium mutuum. A

Μισάλληλοι, ων, οἱ ϰ αἱ, qui se mutuo odio prosequuntur. Ex μισέω et ἀλλήλων.

Μισανθρωπέω, ῶ, fut. ήσω, homines odi, hominum consuetudinem fugio.

Μισανθρωπία, ας, ἡ, odium hominum, inhumanitas. Μισανθρωπίη (*Ion.*) φεύγειν ἐς ἐρημίην, *Aret.* A

Μισάνθρωπος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, osor hominum, inhumanus.

Μισαπόδημος, ον, abhorrens peregrinationem.

Μισαργυρία, ας, ἡ, contemptus pecuniæ.

Μισάρετος, ου, ὁ, virtutis osor, *Joseph. Maccab.* 2.
Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in valle in quo fit mistio aquarum, in quem e montibus aquæ confluentes miscentur; (2) ipse aquarum gurges illic collectus. (1) ἐς μισγάγκειαν, *Il.* 4, 453. Ex μίσγω et ἄγκος.
Μίσγεαι, 2. sing. præs. ind. pass. *Ion.* pro μίσγεσαι, a μίσγω.
Μίσγετο, 3. sing. imperf. indic. pass. *Ion.* pro ἐμίσγετο.
Μισγητία. Vide μισητία.
Μισγοδία, ας, ἡ, bivium, trivium. Ex μίσγω et ὁδός.
Μίσγοισα, præs. part. f. g. *Dor.* pro μίσγουσα.
Μισγόμενον, acc. sing. præs. part. pass. vel med.
Μισγονόμος γῆ, terra ubi omnes promiscue pascunt, *Hes.* A νέμω.
Μίσγω, misceo, permisceo; μίσγομαι, misceor, coeo, concumbo, congredior. Ἐμισγέσθην φιλότητι, *Il.* 14, 295. A μίγνυμι.
Μισέλλην, ηνος, ὁ ϗ ἡ, Græcorum osor.
Μισεργος, ου, ὁ ϗ ἡ, laborum osor, *Poll.* Ex μισος et ἔργον.
Μισεταιρεία, ας, ἡ, sociorum odium. A
Μισέταιρος, ου, ὁ, sociorum osor, *Poll.*
Μισέω, ῶ, fut. ήσω, odi, odio prosequor; (2) minus diligo, minus curo; μισέομαι, οῦμαι, odio sum; μεμισημένος, invisus, odiosus, præt. part. Μίσει τὸν φιλέοντα, *Theoc.* 23, 3. Μισεῖται γὰρ ἀνόσιος γυνή, *Eur. Elect.* 652. A μῖσος. Hinc
Μισηθεῖσα, aor. 1. part. pass. f. g.
Μίσηθρον, τὸ, artificium odii contra quem excitandi, opp. φίλτρον, *Lucian.*
Μισήλιος, ου, ὁ, solifuga, *Gl. V.*
Μίσημα, ατος, τὸ, odium, *Rub.* (2) res pro persona, odiosus. (2) ὦ δύσθεον μίσημα, *Soph. El.* 289. Μίσημα πᾶσιν, *Eurip. Hipp.* 407. Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη, *Id. in Meleagro: Fragm.* 6. A μισέω.
Μισήσῃς, 2. sing. aor. 1. conj. act. verbi μισέω.
Μισήτη, ης, ἡ, libidinosa, prostituens se cuique fœmina, *Ammon. Suid.* Quasi pro μισγήτη, a μίσγομαι.
Μισητία, ας, ἡ, insatiata libido, proclivitas in Venerem. A præc.
Μισητής, οῦ, ὁ, osor. *Phil* A μισέω. Unde
Μισητίζω, odi, odio prosequor, *Hes.*
Μισητικός, ἡ, όν, qui odio prosequitur.
Μισητικῶς, adv. odio prosequendo, per odium.
Μισητός, ἡ, όν, odiosus, invisus, qui odio habetur. A μισέω. Unde
Μίσητρον, ου, τὸ, *Vulg. Lex.* Sed vide μίσηθρον
Μισθαποδοσία, ας, ἡ, mercedis seu præmii persolutio; (2) præmium, merces, etiam pœna. Ex μισθὸς et ἀπόδοσις.
Μισθαποδότης, ου, ὁ, qui mercedem persolvit, præmium solvit, pœnam sumit.
Μισθάριον, ου, τὸ, parva merces, mercedula. Dim. a μισθός.
Μισθαρνευτικός, ἡ, όν, ad eos pertinens qui mercede operam suam locant. A
Μισθαρνεύω, fut. εύσω, idem quod
Μισθαρνέω, ῶ, fut. ήσω, mercede operam meam loco, mercedem capio, stipendia facio. Dicitur et de meretricio quæstu. A
Μισθαρνής, έος, ὁ ϗ ἡ, mercenarius, qui mercede aliquid facit, *Hes.* ubi malunt μισθάρνης, ου, ὁ. Ex μισθὸς et ἄρνυμαι.
Μισθαρνητικός, ἡ, όν, mercenarius, pertinens ad mercenarios. A μισθαρνέω.
Μισθαρνία, ας, ἡ, mercedis acceptio, opera mercenaria, quæ pro mercede præstatur; (2) quæstus meretricius. A μισθαρνής. Hinc
Μισθαρνικός, ἡ, όν, idem quod μισθαρνητικός.
Μίσθαρνος, idem quod μισθαρνής, *V. L.*
Μισθαρχίδης, ου, ὁ, qui mercede magistratum gerit, magistratus mercenarius. *Vocabul. Aristoph.* forma patronymici, quasi a μισθάρχης, vel μίσθαρχος.
Μίσθιος, ία, ιον, vel μίσθιος, ου, ὁ ϗ ἡ, mercenarius, meritorius. A μισθός.
Μισθοδοσία, ας, ἡ, mercedis seu stipendii solutio. Ex μισθὸς et δόσις.
Μισθοδοτέω, ῶ, fut. ήσω, mercedem sive stipendium do, seu persolvo; μισθοδοτοῦμαι, mereo, mercedem fero. Μισθοδοτῆσαι τοὺς ὁπλίτας, *Dem.* A
Μισθοδότης, ου, ὁ, qui mercedem persolvit.
Μισθόδωρος, ου, ὁ, ἡ, idem.
ΜΙΣΘΟ´Σ, οῦ, ὁ, merces, præmium laborum, salarium, stipendium militum; (2) pretium habitationis.
Μισθοφορά, ᾶς, ἡ, stipendium, id ipsum quod mercedis loco accipitur, salarium; vertitur et vectigalia.
Μισθοφορέω, ῶ, fut. ήσω, mercedem capio, quæstum facio; (2) æra mereo, stipendia facio. Στρατιὰν ἐπ' ἐμὲ μισθοφορεῖς, *Phal.*
Μισθοφορητέον, stipendium dandum est. Οὐ μισθοφορητέον τοῖς στρατευομένοις, *Thuc.*
Μισθοφορία, ας, ἡ, ipsa actio stipendia merendi.
Μισθοφορικός, ἡ, όν, qui mercenariorum vel militum æra merentium est; (2) qui stipendia facere solet; μισθοφορικὸν, stipendiale, *Gl. V.* A
Μισθοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, mercede operam locans, mercenarius, qui mercede aliquid facit, stipendiarius. Ex φέρω.
Μισθόω, ῶ, fut. ώσω, mercede loco, faciendum utendumve mercede certa loco; μισθόομαι, οῦμαι, mercede conduco; fut. μισθώσομαι, conducam. Et passive mercede conducor; ut μεμισθωμένος, mercede conductus. Τί δῆτα μισθωτὸς ἂν ἔτι μισθοῖτό τις, *Aristoph. Av.* 1157. A μισθός.
Μίσθωμα, ατος, τὸ, merces qua aliquid utendum locatur vel conducitur; (2) illud ipsum quod conducitur, ut habitatio; (3) merces qua quis operam suam locat; (4) merces quæ datur meretrici pro nocte, quæstus meritorius. A μισθόω.
Μισθωμάτιον, ου, τὸ, mercedula, Dim.
Μισθώσασθαι, aor. 1. inf. act. verbi μισθόω.
Μισθωσιμαῖος, αία, αῖον, conductitius, *Gl. V.* A
Μισθώσιμος, ου, ὁ, qui mercede locatur, vel conducitur; (2) qui mercede conduci debet; (3) qui mercede locari aut conduci potest. *Gl. V.* locatitius. A
Μίσθωσις, εως, ἡ, locatio, aut conductio.
Μισθωτής, οῦ, ὁ, conductor.
Μισθωτικός, ἡ, όν, mercenarius.
Μισθωτός, ἡ, όν, mercenarius, mercede conductus, conductitius. A μισθόω.
Μισθώτριαι, vel μισθώτριαι γυναῖκες, *Poll.* mulieres mercenariæ. A μισθωτής.
Μίσιππος, ὁ ϗ ἡ, ab equis alendis, &c. abhorrens
ΜΙ´ΣΚΕΛΛΟΣ, ου, ὁ, vile et nigrum vinum, *Hes.*
Μίσκελος, sordidus et præparcus, qui frusta etiam rejecta colligit. A
ΜΙ´ΣΚΟΙ, ων, οἱ, pomorum putamina, *Poll.* Vide μίσχος.
Μισοβάρβαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor barbarorum.
Μισοβασιλεύς, έως, ὁ, regis vel regum osor.
Μισόγαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, a nuptiis abhorrens.
Μισογόης, ὁ, osor præstigiarum et imposturarum.
Μισογύναιος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor mulierum.
Μισογυνεία, ας, ἡ, odium erga mulieres. A
Μισογυνέω, odi mulieres. A
Μισογύνης, ου, ὁ, osor mulierum. Ex μισέω et γυνή.
Μισόδημος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor populi seu suæ civitatis.
Μισοδημότης, ου, ὁ, idem et ex iisd. *Suicer.*
Μισοδικαστής, οῦ, ὁ, idem quod
Μισόδικος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui jure agere odit, litium osor. A δίκη, *jus.*
Μισόθεος, ου, ὁ ϗ ἡ, Deum vel Deos exosus.
Μισόθηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, a venatione alienus. A θήρα.
Μισόθριξ, χος, ὁ ϗ ἡ, qui comam non alit.
Μισοκαῖσαρ, αρος, Cæsari infestus.
Μισοκακῶ, mala odi, *Gl. V.* Ex κακός.
Μισόκαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor honesti.
Μισοκερδής, έος, ὁ ϗ ἡ, lucrifuga, *Gl. V.* A κέρδος.
Μισολάκων, ωνος, Lacedæmoniis inimicus.
Μισολάμαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, Lamachi, imperatoris bellicosi, osor. *Vox Aristoph.*
Μισόλεκτρος, qui, vel quæ, nuptias aversatur, *Heliodor.* 3.
Μισολογέω, ῶ, bonas literas odi; (2) imperitus sum doctrinarum.
Μισολογία, ας, ἡ, odium bonarum literarum, disputationum, &c. A
Μισολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui congressus hominum, disputationes et ratiocinationes odit; (2) osor bonarum literarum; (3) indoctus. A λόγος.
Μισόνοθος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui spurios odit.
Μισόνυμφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nuptias odit. A νύμφη.
Μισοξενία, ας, ἡ, odium peregrinorum, odium hospitum, inhospitalitas. A
Μισόξενος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor peregrinorum, hospitum, inhospitalis.
Μισόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, osor liberorum, liberos exosus.
Μισοπάρθενος, ὁ, virginibus infestus.
Μισοπάτωρ, ὁ, patri inimicus.
Μισοπέρσης, ου, ὁ, Persis infestus.
Μισοπόλεμος, ὁ ϗ ἡ, alienus a bello.
Μισόπολις, ιος, ὁ ϗ ἡ, osor civitatis.
Μισοπονέω, ῶ, odi labores; (2) non contendo, non studeo, *Plato.* A
Μισοπονία, ἡ, odium laboris. A
Μισόπονος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor laboris.
Μισοπονηρέω, ῶ, f. ήσω, odi improbos, improbitatem aversor. Πρὸ τῆς κρίσεως μισοπονηρεῖν, *Lys.* A
Μισοπονηρία, ας, ἡ, odium improbitatis. A
Μισοπόνηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, malorum osor, qui improbos vel improbitatem etiam aversatur, *Ph.* μισοπόνηρος, severus. Hinc τὸ μισοπόνηρον, ου, odium improbitatis.
Μισοπονήρως, adv. cum odio improborum.
Μισοπόρπαξις, ὁ, qui pessime odit amentum clypei, seu bellum, *Ar.*
Μισοπορπακιστάτη, ἡ, bello maxime inimica, pacis amantissima; proprie, quæ maxime odit lorum, manubrium clypei. *Vox Aristophan.* Ex μισέω et πόρπαξ.
Μισοπράγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, a negotiis abhorrens, qui vitam quietam et negotiis vacuam agit. A πρᾶγμα.
Μισοπροσήγορος, ὁ ϗ ἡ, difficilis aditu.
Μισόπτωχος, ου, ὁ ϗ ἡ, odio habens pauperes.
Μισοπώγων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, osor barbæ, titulus libelli a Juliano Aug. conscripti.
Μισορωμαῖος, ου, ὁ ϗ ἡ, Romanis infestus.
ΜΙ´ΣΟΣ, εος, τὸ, odium.
Μισόσοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor sapientiæ; sapientiæ studium, philosophiam, exosus.
Μισοστρατιώτης, ου, ὁ, rem militarem fugiens.
Μισοσύλλος, ὁ, inimicus Syllæ.
Μισοτεκνία, ας, ἡ, odium liberorum. A
Μισότεκνος, ου, ὁ ϗ ἡ, liberorum osor, prolem habere nolens.
Μισοτύραννος, ου, ὁ ϗ ἡ, osor tyrannorum.
Μισότυφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ostentationem odit.
Μισοφίλιππος, ου, ὁ ϗ ἡ, inimicus Philippi.
Μισοφιλολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, abhorrens a studiis literarum, infestus hominibus doctis.
Μισόφιλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui amicos aversatur; amicitias fugiens.
Μισόφροντις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, fugiens curas.
Μισόχρηστος, ου, ὁ ϗ ἡ, bonorum osor.
Μισόχριστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui Christum odit.
Μισοψευδής, έος, ὁ ϗ ἡ, qui mendacium odit.
Μιστυλάομαι, ῶμαι, pane in cochlear excavato jus vel pulmentum haurio. A
ΜΙΣΤΥ´ΛΗ, ἡ. μυστίλη, ης, ἡ, panis in cochlear cavatus.
Μίστυλλεν, 3. sing. imperf. ind. act. cum ν ἐφελκ. a
ΜΙΣΤΥ´ΛΛΩ, in parvas partes seu frusta exigua concido, in parva frusta disseco.
ΜΙ´ΣΥ, misy, succus in metallis concretus in formam glebæ vel pollinis; unde inter metallica numeratur.
Μίσυβρις, ιος, ὁ ϗ ἡ, alienus ab insolentia.
ΜΙ´ΣΧΟΣ, ου, ὁ, pediculus per quem folia fructusque arboribus adhærent; (2) granum folio adhærens; (3) instrumentum rusticum vertendæ terræ.
Μισώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, odiosus, odio dignus. A μῖσος.

Μιτοῤῥαφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, filo sutus. Ex μίτος et ῥάπτω, suo.

ΜΙ´ΤΟΣ, ου, ὁ, filum, quod stamini implicatur, licium ; (2) fides citharæ. Hinc

Μιτόω, ῶ, fut. ώσω, licia tendo ; (2) fidibus cano.

ΜΙ´ΤΡΑ, ας, ἡ, et μίτρη, ης, ἡ, cingulum, balteus, cinctus, zona. Μίτρης θ', ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροὸς, ἔρκος ἀκόντων, Il. 4, 137. (2) fascia; qua caput obligatur, mitra, diadema ; ærea lana tecta qua parte tangit ilia. Καὶ μίτρη, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες, Il. 4, 187.

Μιτράγχουσα, ἡ, squama aurea quæ in fronte gestatur, Hes.

Μιτρίον, ου, τὸ, mitella, Gl. V. A μίτρα.

Μιτρηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, mitram gestans, mitratus. Ex μίτρα et φέρω.

Μιτροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem et ex iisd.

Μιτροφορέω, mitram gesto.

Μιτροχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, tunicam fascia cingens.

Μιτρόω, ῶ, mitra seu fascia cingo. A μίτρα.

Μιτρώδης, ες, ex sindone factus, Soph.

ΜΙ´ΤΥΛΛΟΣ, ου, ὁ, puerili ætati proximus.

ΜΙ´ΤΥΛΟΣ, ύλη, Dor. ύλα, υλον, mutilus, cornibus carens.

ΜΙ´ΤΥΣ, υος, ἡ, ostiis alvearium circumlitum quasi purgamentum ceræ, subatrum, graveolens, vulneribus et ulceribus medens.

Μιτώδης, e bono stamine factus, textilis ; idem quod εὔμιτος. Βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην, Soph. Antig. 1222, ubi vulgo μιτρώδει, quod ineptum est.

Μιχθεῖσαι, nom. pl. a. 1. part. pass. fœm. gen. verbi μίγνυμι.

ΜΝΑ͂, ᾶς, ἡ, mina ; libra varii ponderis apud diversos.

Μνάα, spondes, 2. sing. præs. ind. pass. Poet. pro μνᾷ, contr. ex μνάῃ, a μνάομαι.

Μναιαῖος, αία, αῖον, minam pondere æquans ; (2) minæ pretium æquans. A μνᾶ.

Μναιαῖος, αία, αῖον, idem et ab eod.

Μναῖος, αία, αῖον, idem et ab eod.

Μναμήου, gen. sing. Dor. pro μνημείου.

Μναμονεύθημεν, 1. pl. aor. 1. ind. pass. Ion. et Dor. pro ἐμνημονεύθημεν, a μνημονεύω.

Μνάομαι, ῶμαι, memoro, commemoro, dico ; (2) memor sum, recordor. Hinc in usu f. μνήσομαι, recordabor, mentionem faciam ; aor. 1. ἐμνήσθην, recordatus sum ; imperat. μνήσθητι, memor esto, recordare ; f. pass. μνησθήσομαι, mentionem faciam ; perfect. in significatione præsentis μέμνημαι, memini, recordor ; (2) curo, operam do ; imperat. μέμνησο, memento ; part. μεμνημένος, memor ; a. 1. med. μνήσασθαι, commemorare, mentionem facere. Μέμνησο τοίνυν ταῦθ' ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν, Aristoph. Thesm. 282. Ἕτερον γ' ἐστιν ου 'μνήσθην ἐγὼ, Aristoph. Av. 1368.

Μνάομαι, μνῶμαι, ambio, affecto. Hoc in præsenti usitatum, 3. pl. μνῶνται, ambiunt, uxorem petunt ; inf. μνᾶσθαι, ambire ; part μνώμενος, sibi concilians. Πολλοί με μνώοντο, Theocr. 27, 22.

Μνάσειε, 3. sing. a. 1. opt. act. Æol. et Dor. pro μνήσαι, a μιμνήσκω, pro μνάω.

Μνάσῃ, 3. sing. a. 1. conj. Dor. pro μνήσῃ.

Μνᾶσθαι, præs. inf. med. contr. pro μνάεσθαι, a μνάομαι.

ΜΝΑΣΙ´ΟΝ, ου, τὸ, mensura duorum medimnorum, Hes.

ΜΝΑ´ΣΙΟΝ, ου, τὸ, in Ægypto, herba dulcem saporem cibis adferens, Theophr.

Μνάστειρα, ας, ἡ, Dor. pronuba. A μνηστήρ.

Μναστέω, ῶ, fut. ήσω, nuptias alicujus ambio, Dor. pro μνηστέω, unde μνηστεύω.

ΜΝΑ´Ω, ῶ, in memoriam revoco ; commonefacio, admoneo ; occurrit fut. μνήσει, admonebit ; a. 1. part. μνήσασα.

Μνέα, Ion. ἡ μνᾶ.

Μνεία, ας, ἡ, mentio ; (2) memoria.

Μνῆμα, ατος, τὸ, quo nobis res aliqua in memoriam revocatur, monumentum ; (2) sepulchrum. A μνάω. Hinc

Μνημάτιον, ου, τὸ, parvum monumentum.

Μνηματίτης, ου, ὁ, ut μνηματίτης λόγος, oratio sepulchralis, funebris. A μνῆμα.

Μνημεῖον, ου, τὸ, monumentum ; (2) sepulchrum ; (3) locus secretior domus, in quo pretiosissima quæque adservantur. A

Μνήμη, ης, ἡ, memoria, id est stabilitas cognitionis ; (2) mentio, commemoratio. A μνάομαι, μέμνημαι.

Μνημήιον, ου, τὸ, Ion. pro μνημεῖον.

Μνημονεύητε. 2. pl. præs. conj. act. verbi μνημονεύω. Unde

Μνημόνευμα, ατος, τὸ, res quæ memoriæ mandatur, seu memoria tenetur.

Μνημονευτέον, adv. posit. meminisse oportet.

Μνημονευτικὸς, ἡ, ὸν, memoria valens, memorandi facultate præditus. A μνημονεύω.

Μνημονευτὸς, ἡ, ὸν, qui memoria tenetur. A

Μνημονεύω, fut. εύσω, memor sum, memoria teneo, memini ; (2) memoro, memoriæ prodo, mentionem facio ; μνημονεύομαι, memoror, celebror. Μνημονεύειν τε τῶν λόγων, Act. 20, 35. Οὐ ϗ Πλάτων μνημονεύει, Plut. περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν 'Ισραὴλ, Heb. 11, 22.

Μνημονικὸς, ἡ, ὸν, memoriosus, memoria valens, memor ; (2) ad memoriam pertinens, memorabilis. A μνήμων.

Μνημοσύνη, ης, ἡ, memoria ; (2) revocatio rei in memoriam ; (3) Mnemosyne, mater Musarum. Ab eod.

Μνημονικῶς ἔχειν, meminisse, Bud.

Μνημόσυνον, ου, τὸ, monumentum, quod rem in memoriam revocat ; memoriale, Gl. V. μνημόσυνα, monumenta, Gl. V. A

Μνήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, memor, qui recordatur ; (2) bona memoria præditus, memoria valens ; memoriosus, Ph. A μνάομαι.

Μνησαίατο, recordati sunt, 3. pl. a. 1. opt. med. Ion. pro μνήσαιντο, a μνάομαι.

Μνησάσας, acc. pl. aor, 1. part. act. fœm. gen. verbi μνάω.

Μνησάσκετο, 3. sing. aor. 1. ind. med. Ion. pro ἐμνήσατο.

Μνήσεαι, 2. sing. fut. 1. ind. med. Ion. pro μνήσεσαι.

Μνησθεῖσα, a. 1. part. pass. fœm. gen.

Μνησθῇ, 3. sing. a. 1. conj. pass.

Μνησιδωροῦμαι, gratum me pro beneficiis præsto.

Μνησίθεος, ου, ὁ ϗ ἡ, pius, Dei memor. Dioscorides dicit juniperum majorem a quibusdam vocari μνησίθεον. Ex μνῆσις et Θεός.

Μνησικακέω, ῶ, fut. ήσω, mali vel injuriæ memor sum ; succenseo, Gl. V. Μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, Aristoph. Nub. 995. πολλὰ Κορινθίοις, Dem. Hinc

Μνησικακητικὸς, ἡ, ὸν, idem quod μνησίκακος.

Μνησικακία, ας, ἡ, injuriarum memoria. A

Μνησίκακος, ου, ὁ ϗ ἡ, injuriæ acceptæ memor, qui injuriæ oblivisci nequit. Ex μνῆσις.

Μνησικάκως, adv. animo injuriarum memori, more eorum qui ob veteres injurias simultates exercent.

Μνησιπήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, recordatu tristis. Ex μνῆσις et πῆμα, damnum, clades.

Μνῆσις, εως, ἡ, recordatio. A μνάομαι.

Μνησιτόκος, ἡ, memor partus ; epith. fœm. non sterilis. A τίκτω.

Μνήσομαι, f. 1. ind. med. verbi μνάομαι.

Μνηστεία, ας, ἡ, petitio uxoris ; (2) petitio, v. gr. honorum, beneficii. A μνηστεύω.

Μνήστειρα, ἡ, idem quod μνηστὴ, Pind.

Ὑπερξανθίζω, valde flavus sum, de comis.

Ὑπερξηραίνω, valde, prorsus exsicco; ὑπερξηραίνομαι, prorsus exaresco.

Ὑπερξηρασία, ας, ἡ, nimia ariditas.

Ὑπέρξηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, supra modum aridus vel siccus, aridissimus.

Ὑπέρογκος, ου, ὁ ϗ ἡ, supra modum tumidus et turgidus, gravis et magnificus; (2) superbus, valde fastuosus. *Gl. V.* inflatus, turgidus, superbus.

Ὑπεροειδὴς, ές, pistilli formam habens, *Hes.*

Ὑπεροιάζομαι, idem quod ὑπεροίομαι, *Hes.*

Ὑπεροιδαίνω, idem quod

Ὑπεροιδάω, ῶ, fut. ήσω, valde intumesco.

Ὑπεροικέω, ῶ, fut. ήσω, habito supra aliquem, *item* trans aliquem locum. Ὑπεροικέειν τετέων, *Herodot.* τούτοις, *Id.*

Ὑπεροικοδομέω, ῶ, f. ήσω, inædifico, superstruo.

Ὑπέροικος, ου, ὁ ϗ ἡ, in superiori parte domus habitans.

Ὑπεροίομαι, fut. οιήσομαι, nimis magnam de me opinionem habeo, nimis arroganter de me sentio.

Ὑπεροϊστεύω, sagittando supero.

Ὑπέρολβος, ου, ὁ ϗ ἡ, perbeatus.

Ὑπερομβρία, ας, ἡ, immodica pluvia. Ex ὄμβρος.

ὝΠΕΡΟΝ, ου, τὸ, pistillum.

Ὑπεροξὺς, ὺ, valde acutus.

Ὑπεροπλήεστατος, superl. ab

Ὑπεροπλὴς, idem quod ὑπέροπλος, *Hom.*

Ὑπεροπλήεις, superbus, arrogans. superl. ὑπεροπλήεστατος, *Apoll. Rhod.* 2, 4.

Ὑπεροπλία, ας, ἡ, superbia, arrogantia, fastus, *et in pl.* Il. 1, 205. Ab ὑπέροπλος.

Ὑπερ-

Ὑπεροπλίζομαι, audax sum, audacter aliquid facio; (2) superbio, insolesco, per insolentiam noceo, *Od.* 17, 268. Ab

Ὑπέροπλος, ου, ὁ κ ἡ, robustissimus; (2) audax, temerarius; (3) ferox viribus, arrogans. Ex ὅπλον.

Ὑπέροπτα, *adv.* contemptim. Εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται, *Soph. Œd. Tyr.* 883.

Ὑπεροπτάω, ῶ, supra modum torreo.

Ὑπερόπτης, ου, ὁ, contemptor, qui superbe contemnit et despicit. *Gl. V.* fastidiosus, arrogans. Σημείων ὑπερόπτης, *Appian.* Ab ὑπερόπτομαι. Hinc

Ὑπεροπτικός, ή, όν, qui contemnere et superbe despicari solet. *Gl. V.* superbus, fastidiosus, insolens.

Ὑπεροπτικῶς, *adv.* more eorum qui despicantur et superbe contemnunt. *Ph.* insolenter.

Ὑπερόπτιος, α, ον, superbus, fastuosus.

Ὑπερόπτομαι, despicio, contemno.

Ὑπερόρασις, εως, ἡ, despicientia, contemptus. Ab

Ὑπεροράω, ῶ, ultra seu ulterius specto; (2) contemno, negligo, posthabeo, nihili facio. *Gl. V.* ὑπερορῶ, despicio, sperno; ὑπερορασθεὶς, spretus, aor. 1. part. pass. Αὐτὸς δὲ πάντα τἀνθρώπινα ὑπεριώρα πρὸς τὴν παρὰ τῶν Θεῶν συμμαχίαν, *Xen.* τῶν νόμων, *Id.* Οὔτε ᾤήθη ἄν ποτέ τις ὑπεροράσθαι ὑπ' αὐτοῦ, *M. Anton.* 1, 12.

Ὑπερορία, ας, ἡ, quod extra fines nostros est; (2) exilium.

Ὑπερορίζω, fut. ίσω, extermino, limitibus et finibus meis expello. Ὑπερορίζειν τὸν ἄνδρα τῆς πόλεως, *Greg.* Ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπερορίζουσι, *App. Bell. Civ.* 3, 18. Ab

Ὑπερόριος, ου, ὁ κ ἡ, qui ultra seu extra fines est, exterus, qui est e regione ultra seu extra fines nostros situs; (2) peregrinus, inusitatus. Ex ὅρος.

Ὑπερορμαίνω, superjacio, *Man.*

Ὑπέρορος, ὁ κ ἡ, qui non die constituta solvit quod debet, Sch. Aristoph. *sed legi videtur* ὑπερήμερος.

Ὑπερορόφιος, ου, ὁ κ ἡ, qui supra tectum seu cameram est. Ex ὄροφος.

Ὑπερορρωδέω, ῶ, valde timeo, maxime vereor. Ὑπερορρωδῶσ' ἐμοῦ, *Eur. Supp.* 345.

Ὑπερορῶντας, acc. plur. pro ὑπερορῶντας, ab ὑπεροράω.

Ὕπερος, ου, ὁ, pistillum, idem quod ὕπερον.

Ὑπερουράνιος, ου, ὁ κ ἡ, qui supra cœlos est; (2) cœlestis.

Ὑπερούσιος, ου, ὁ κ ἡ, qui est supra essentiam alterius, cujus natura comprehendi nequit. Ex οὐσία. Hinc

Ὑπερουσίως, *adv.* supernaturaliter.

Ὑπερουσιότης, ητος, ἡ, incomprehensibilitas naturæ.

Ὑπεροφρυόομαι, οῦμαι, supercilia tollo. Ab

Ὑπέροφρυς, υος, ὁ κ ἡ, superciliosus, qui elato supercilio est, superbus.

Ὑπεροχὴ, ῆς, ἡ, eminentia, summitas; (2) excellentia, eminentia, qua aliis superiores sumus; (3) insolentia; (4) pl. magistratus, imperia. Ab ὑπερέχω. Hinc

Ὑπεροχικός, ή, όν, eminens, princeps, præstantissimus.

Ὑπέροχος, ον, idem.

Ὑπερόχως, acc. pl. *Dor.* pro ὑπερόχους, ab ὑπέροχος, ingens.

Ὑπεροψία, ας, ἡ, despectus, despicientia, contemptus, superbia et fastidium, quo quis cæteros præ se contemnit. Ab ὑπερόπτομαι. Unde

Ὑπέροψις, εως, ἡ, idem.

Ὑπερπαγής, έος, ὁ κ ἡ, admodum glacie constrictus. A πηγνύω.

Ὑπερπαδῆτε, 2. plur. præs. ind. act. *Dor.* pro ὑπερπηδᾶτε, ab ὑπερπηδάω.

Ὑπερπαθέω, ῶ, valde adficior et commoveor. Μήτηρ ὑπερπαθήσασ', ἥρπασεν νεκροῦ ξίφος, *Eur. Ph.* 1465. Ex ὑ. et παθος.

Ὑπερπαθής, έος, ὁ κ ἡ, qui supra perturbationes est, qui perturbationibus dominatur. Ex iisd.

Ὑπερπαίω, supergredior, supero, excedo. Ὑπερπεπαικότα πᾶσαν ὕβριν, *Luc.* Πᾶσαν ὑπερπέπαικε τερατείαν καὶ μυθολογίαν, *Plutarch.* 2, 379.

Ὑπερπαλαίω, supero, vinco lucta, et de omni victoria quæcunque sit. Πάντα ὑπερπαλαίοι μωρίᾳ τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, *Arist. apud Euseb. Præp. Ev.* 15, 792. A.

Ὑπερπαφλάζω, f. άσω, supra modum ferveo, ebullio.

Ὑπερπαχύνω, supra modum pinguefacio.

Ὑπερπαχυς, εος, ὁ κ ἡ, supra modum crassus, pinguis, obesus.

Ὑπερπέλομαι, emineo, supereminеo. Ἢ τ' ἄλλων ὑπερέπλετο εἰν ἁλὶ νήσων, *Apoll. Rhod.* 4, 1637.

Ὑπερπέμπω, f. ψω, mitto super vel ultra; (2) ultra scopum jaculor.

Ὑπερπέπτω, fut. ψω, supra modum concoquo.

Ὑπερπερισσεύω, fut. εύσω, superabundo, vehementer exundo. Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, *Rom.* 5, 20. Ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ, 2 *Cor.* 7, 4.

Ὑπερπερισσός, ή, όν, supra modum abundans.

Ὑπερπερισσῶς, *adv.* supra modum abundanter.

Ὑπερπετάζομαι, idem quod ὑπερπέταμαι.

Ὑπερπετής, έος, ὁ κ ἡ, qui supervolat, vel superne volat. Ab

Ὑπερπέτομαι, supervolo, superne volo.

Ὑπερπηδάω, ῶ, fut. ήσω, transilio.

Ὑπερπιαίνω, supra modum pinguefacio, vel pinguem et obesum reddo; ὑπερπιαίνομαι, nimis pinguesco.

Ὑπέρπικρος, ον, valde amarus.

Ὑπερπίμπλημι· vide ὑπερπλήθω.

Ὑπερπίνω, nimium bibo. Νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν κ σώματα κ γνώμας σφάλλειν, *Xen.*

Ὑπερπίπτω, excedo, supero; (2) præterlabor, prætereo.

Ὑπερπλεονάζω, fut. άσω, superabundo. Ὑπερεπλεόνασε δ' ἡ χάρις τοῦ Κυρίου, 1 *Tim.* 1, 14.

Ὑπερπλέω, præter navigo, nave supero.

Ὑπερπλήθω, nimis repleo. *In pass.* etiam de intemperantia cibi et potus.

Ὑπερπλημμυρέω, ῶ, inundo, *Gl. V.*

Ὑπερπληρόω, superimpleo, *Gl. V.*

Ὑπερπλούσιος, ου, ὁ κ ἡ, admodum dives.

Ὑπερπλουτέω, ῶ, f. ήσω, divitiis abundo, ditissimus seu prædives evado, *Aristoph. Plut.* 354.

Ὑπέρπλουτος, ου, ὁ κ ἡ, prædives.

Ὑπερπολάζω, inundo, expleo, de aqua.

Ὑπέρπολλα, permulta, quamplurima, *Poll.*

Ὑπέρπολυς, ὁ, valde multus.

Ὑπερπονέω, ῶ, nimio labore me exerceo, labore conficior. Ἐπεὶ καλόν μοι τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ θανεῖν προδήλως, *Soph. Aj.* 1327.

Ὑπέρπονος, ου, ὁ κ ἡ, nimio labore fessus.

Ὑπερπόντιος, ὁ, ἡ, qui in mari natat, ut navis, aut vadit; (2) ultra mare situs. A πόντος.

Ὑπερποτάομαι vide ὑπερπωτάομαι.

Ὑπερπρόθεσμος, ου, ὁ κ ἡ, qui præstitutum diem excessit.

Ὑπερπροθυμοῦμαι, prægestio, *Gl. V.*

Ὑπέρπταμαι, pro ὑπερίπταμαι, *Ap.*

Ὑπέρπυκνος, ου, ὁ κ ἡ, prædensus, *Gl. V.*

Ὑπερπυππάζω, f. άσω, demulceo poppysmate, *Aristoph. Eq.* 677.

Ὑπερπυρριάω, ῶ, magis sudo. Ὀδὶ δὲ δείσας ὑπερπυρρίασί με, *Aristoph. Ran.* 309.

Ὑπερπυρριάω, supra modum rufus sum, rufo colore perfundor, *Ar.*

Ὑπέρπυρος, ου, ὁ κ ἡ, admodum excalefactus, fervens, valde calidus. A πῦρ.

Ὑπερπώρωσις, ἡ, excrescentis carnis vitium, &c. vide *Steph.*

Ὑπερπωτάομαι, super volo. Οἱ δέ τε χῶροι ὑπερπωτῶνται ἔρωτες, *Theocr.* 15, 120.

Ὑπερράγη, 3. sing. a. 2. ind. pass. verbi ὑπορρήγνυμι.

Ὑπερσαρκέω, ῶ, fut. ήσω, admodum carnosus fio; (2) supra modum corpulentus evado, *Diosc.* A σάρξ.

Ὑπερσαρκίζω, idem.

Ὑπερσάρκωμα, ατος, τὸ, et ὑπερσάρκωσις, εως, ἡ, carnis excrescentia, carnis inutile incrementum in quacumque corporis parte. Ab ὑπερσαρκόομαι.

Ὑπέρσεμνος, ὁ, ἡ, valde gravis, magnificus, &c.

Ὑπερσεμνύνομαι, glorior, *Xenoph. Sympos.* 132.

Ὑπερσεμνύνω, immodicis laudibus adficio.

Ὑπερσκελής, έος, ὁ κ ἡ, qui cruribus est grandioribus. A σκέλος.

Ὑπέρσκληρος, ου, ὁ κ ἡ, prædurus.

Ὑπερσοφιστής, οῦ, ὁ, excellens artifex.

Ὑπέρσοφος, ου, ὁ κ ἡ, supra, quam dici possit, sapiens.

Ὑπερσπουδάζω, supra modum studeo. Ὑπερεσπουδακέναι περὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τηλικούτων, *Luc.*

Ὑπερσταθμίζομαι, pondere vinco, prægravo, *Bud.*

Ὑπερστατέω, defendo, propugno.

Ὑπερστηριγτικὸν, τὸ, germinans, seu exuperans, τὴν σήρηγγα.

Ὑπερστρωννύω, seu υμι, superinsterno.

Ὑπερσυντελικὸς, ή, όν, plus quam perfectus.

Ὑπερσχέθω, emineo, emico, exsto; (2) protendo, extendo, supra.

Ὑπερτάζω, fut. άσω, superficie tenus sulcum produco, non alte terram moveo atque proscindo, *Theophrast.* Ab

Ὑπερταλαντάω, præpondero, ponderis gravitate supero, *V. L.*

Ὑπέρτατος, άτη, ατον, supremus, summus, altissimus; (2) maximus, *Superl.* ab ὑπέρ.

Ὑπέρτεγος, ὁ, qui supra tectum est, *Hes.*

Ὑπερτείνω, supra modum tendo, intendo; ὑπερτείνω et ὑπερτείνομαι, extollor supra vel ultra; (2) supero, excedo; (3) tensus sum supra vel super. Ἀκτῆς ὑπερτείνασα ποντίας πόδα, *Eur. Med.* 1291. Σῆμα δ' ὑπερτέταται νοτιώτατον ἐς στόμα Νείλου, *Dion. Per.* 18.

Ὑπερτέλειος, vel ὑπερτέλεος, ου, ὁ κ ἡ, idem quod

Ὑπερτελής, έος, ὁ κ ἡ, plus quam perfectus; (2) qui perfecit, qui confecit, qui victoriam reportavit; (3) exoriens super. (2) ἡνίκ' ἄθλων τῶν δ' ὑπερτελὴς ἔφυ, *Soph. Trach.* 36. (3) Τίς οἴκων θεόδομων ὑπερτελής; *Eurip. Ion.* 1549. Ex ὑπέρ et τέλος.

Ὑπερτελέω, supervado, *Æsch.*

Ὑπερτέλλω, f. ελῶ, orior et existo supra alios, supereminеo. Ὃς τοὺς ὑπερτείλαντας ἐκ γαίας ποτὲ σπάρτους ἄνακτας τῆσδε γῆς ἱδρύσατο, *Eur. Ph.* 1015.

Ὑπερτενής, έος, ὁ κ ἡ, tensus vel tendens; (2) altus, sublimis, eminens. Ab ὑπερτείνω.

Ὑπερτερέω, ῶ, fut. ήσω, superior sum.

Ὑπερτερωτέρος, έρα, ερον, superior.

Ὑπερτερία, ας, et ὑπερτερείη, ἡ, *Poet.* contabulatio currus, cui onus imponitur; (2) storea superior. Ab ὑπέρτερος.

Ὑπερτερίης, gen. sing. *Ion.* pro ὑπερτερίας.

Ὑπέρτερος, έρα, ερον, superior, præstantior, major, potior, *Compar.* ab ὑπέρ.

Ὑπέρτεχνος, ου, ὁ κ ἡ, valde artificiosus, peritus. A τέχνη.

Ὑπερτήκω, colliquefacio, (præstat ὑπεκτήκω.)

Ὑπερτήρ, ῆρος, ὁ, et ὑπερτήριον, ου, τὸ, pars currus. Ab ὑπέρ.

Ὑπερτιθέμεν, præs. inf. act. *Ion.* pro ὑπερτιθέναι, ab

Ὑπερτίθημι, superpono, vel superimpono, super attollo, præpono; (2) et ὑπερτίθεμαι, differo, procrastino; (3) ad alium judicem rejicio; (4) supero. Ὑπερθέντες τὸ ἄροτρον, *Plut.* (4) ὑπερτιθέναι et ὑπερτίθεσθαί τι τινὶ, aliquid communicare cum aliquo, (phrasis usitatissima *Herodoto*). Ὑπερθέμενος τῶν Μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, *Herodot.* 1, 107. Τῷ Γύγῃ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο, *Id. Ibid.* 8. Ὑπερθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοις, *Id. Ibid.* 108.

Ὑπερτιμάω, ῶ, f. ήσω, supra modum honoro, supra alios honore adficio. Πότερον ὑπερτιμῶντες

μάντεις ὡς εὐεργέτην ἔκρυπτον αὐτὸν, *Soph. Antig.* 290.

Ὑπερτίμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui magni pretii est, qui summo honore habetur. Ex ὑπὲρ et τιμή.

Ὑπέρτιμος, ον, pretii magnitudine excedens modum, *Aristot.*

Ὑπερτοκεῖν, exuberare fœtura, *Steph.*

Ὑπέρτολμος, ον, valde audax.

Ὑπερτοξεύσιμος, ον, qui sagitta superari potest.

Ὑπέρτονος, ου, ὁ καὶ ἡ, nimium tentus, ultra modum contentus. Ab ὑπερτείνω.

Ὑπερτραγίζω, admodum hircum oleo.

Ὑπερτρέχω, supercurro; (2) transcurrendo depopulor. Ἄκρην γὰρ πενίην ἐκ ὑπερεδράμομεν, *Theog.* 620.

Ὑπερτρισύλλαβος, ον, plus quam tres syllabas habens.

Ὑπερτρυφάω, supra modum delicior, luxurior, insolesco.

Ὑπερυγραίνω, valde humecto.

Ὑπέρυδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, admodum aquosus, aqua inter cutem collecta distentus et suffusus. Ex ὕδωρ.

Ὑπερυθριάω, fut. σω, rubore suffundor. Ἀλλ' Ἰασὼ μέν τις ἀκολεθοῦσ' ἅμα, ὑπηρυθρίασε, *Aristoph. Plut.* 701.

Ὑπέρυθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, subruber, rubidus.

Ὑπερύμνητος, vel ὑπερυμνητὸς, ου, ὁ, laudibus super omnia evectus vel evehendus.

Ὑπερύπτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde supinus.

Ὑπερύψηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, supra modum excelsus, excellentissimus.

Ὑπερυψόω, ῶ, fut. ώσω, supra alia extollo, supra modum extollo et eveho. *Gl. V.* exalto. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, *Phil.* 2, 9.

Ὑπερύψωσε, 3. sing. aor. 1. ind. act.

Ὑπερφαής, ὲς, valde conspicuus.

Ὑπερφαίνομαι, appareo vel conspicior supra, superemineo; (2) illucesco. Ὑπερφάνησαν τοῦ λόφου, *Thuc.* Hinc

Ὑπερφανής, έος, ὁ καὶ ἡ· vide ὑπερφαής.

Ὑπερφαλαγγέω, ῶ, longe extendo aciem seu cornua. Ἐβελεύετο γὰρ ὅτι πλεῖστον ὑπερφαλαγγῆσαι τοῦ σοῦ στρατεύματος, *Xen.* A φάλαγξ.

Ὑπερφέρτατος, præstantissimus; ὑπερφέρτερος, præstantior. Ab

Ὑπερφερής, έος, ὁ καὶ ἡ, præstans, qui excellit.

Ὑπερφερέτης, ου, ὁ, Feretrius, epith. Jovis, *Dion. H.*

Ὑπερφέρω, fut. ὑπεροίσω, fero super, vel ultra, transveho, v. gr. per isthmum ab uno mari ad alterum navem traduco; (2) præsto, antecello, anteeo. Ὑπερφέρεις τόλμῃ τε τόλμαν, καὶ λόγῳ χρηστῷ λόγον, *Eur. Her.* 553. Τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσι κατὰ πολὺ, *Ælian.*

Ὑπέρφευ, *adv.* valde, supra modum, nimium. Τί τὴν τυραννίδα τιμᾷς ὑπέρφευ; *Eurip. Phœn.* 553. Εἰ σὺ μὲν θνητὸς γεγὼς φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, *Id. Herc. Fur.* 1320.

Ὑπερφθέγγομαι, fut. ξομαι, qu. dic. sono supra alium, sono clarius, clariorem sonum edo. Πᾶσαν λοιπὸν σκηνὴν ὑπερφθέγγεται, *Heliod.*

Ὑπερφίαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, fœdifragus, infidus, perfidus. Exponitur etiam vinosus; item superbus, arrogans, insolens, item immanis magnitudinis et roboris homo, quia inde nasci solet ferocia; dicitur tamen etiam in bonam partem. A φιάλη, quia fœdera per phialas fiebant.

Ὑπερφιάλως, *adv.* fœdifrage, more eorum qui sunt fœdifragi; (2) superbe arroganter; (3) valde, vehementer, mirum in modum.

Ὑπερφιλέω, ῶ, fut. ήσω, supra modum amo. *Gl. V.* ὑπερφιλῶ, adamo. Σάκας ἤδη ὑπερεφίλει αὐτὸν, *Xen.*

Ὑπερφιλοσοφέω, philosophor de aliqua re.

Ὑπερφιλότιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui supra modum honoribus studet, nimium ambitiosus.

Ὑπερφιλοτίμως, nimio honoris studio, summa cum æmulatione et contentione, *Ath.*

Ὑπερφλεγμαίνω, nimia pituita laboro.

Ὑπέρφλοια μῆλα, supra modum virentia seu vigentia, *Plut.*

Ὑπέρφλοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, extra corticem situs.

Ὑπερφλύζω, fut. ύσω, effervesco, inundo.

Ὑπερφοβέομαι, ῦμαι, in summo timore versor. Ὑπερεφοβεῖτο, μὴ οἱ ὁ πάππος ἀποθάνοι, *Xen.* Ab

Ὑπέρφοβος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui valde timet, meticulosus.

Ὑπερφορέω, fero super, ut ventus fert nivem, v. gr. super vias.

Ὑπερφρίττω, vel -σσω, fut. ξω, supra modum horreo. Ὑπερέφριττον μεταξὺ ἀκέων τῶν ἔπων, *Luc.*

Ὑπερφρονέστερος, α, ον, arrogantior, superbior. Ab ὑπέρφρων. Unde

Ὑπερφρονέω, ῶ, fut. ήσω, supra modum de me sentio, insolesco, superbio; (2) plus sapio, admodum vel supra modum sapio; (3) contemno, despicio, *Gl. V.* ὑπερφρονῶ, amplius sapio, sperno. Εἰ δ' ἔστιν ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ, *Eurip. Bac.* 1327. Hinc

Ὑπερφρόνησις, εως, ἡ, contemptus.

Ὑπερφρόνως, *adv.* superbe, arroganter.

Ὑπερφροσύνη, ης, ἡ, insolentia.

Ὑπερφρύγιος, ἡ, genus harmoniæ.

Ὑπέρφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, superbus, arrogans; (2) magnanimus. A φρήν.

Ὑπερφυᾶ, acc. sing. pro ὑπερφυέα, ab

Ὑπερφυής, έος, ὁ καὶ ἡ, naturæ modum excedens; (2) valde admirandus, insignis. *Gl. V.* ingeniosus, vehemens, amplus, ingens, copiosus; (3) *sed et in malam partem pro* atrox, velut excedens humanitatem. A φυή.

Ὑπέρφυμι, supernascor, supero, potior sum.

Ὑπερφύομαι, valde cresco.

Ὑπερφυσάομαι, ῶμαι, supra modum inflor et efferor.

Ὑπερφυῶς, *adv.* excedendo consuetum naturæ modum; (2) mirum in modum, mirifice, eximie. Ab ὑπερφυής.

Ὑπερφωνέω, ῶ, voce clariore utor.

Ὑπέρφωτος, ον, prælucidus. A φῶς.

Ὑπερχαίρω, summopere lætor. Ἱππεύειν μανθάνων ὑπερέχαιρεν, *Xen.* δῶροις, *Eur. Med.* 1168.

Ὑπερχαλάζω, desuper emitto, *Ep.*

Ὑπερχαλάω, demitto e superiori loco, v. gr. per funem.

Ὑπερχαρής, έος, ὁ καὶ ἡ, supra modum hilaris seu lætus sum.

Ὑπερχειλής, έος, ὁ καὶ ἡ, qui supra labia est, qui labra excedit, redundans, exsuperans. A χεῖλος.

Ὑπέρχειλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

Ὑπερχέω, superfundo, superfusione obruo.

Ὑπερχθόνιος, ον, super terram, *Man.*

Ὑπερχλιδάω, ῶ, fut. ήσω, in deliciis modum excedo; (2) insolentia et petulantia modum supero. (2) κεῖνοι δ' ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς, qui superbe insultarunt Herculi petulanti lingua, *Soph. Trach.* 281.

Ὑπερχολάω, ῶ, valde biliosus sum, vehementer irascor.

Ὑπέρχολος, ου, ὁ καὶ ἡ, admodum iratus. A χολή.

Ὑπέρχομαι, subeo, succedo; (2) circumvenio, decipio, insidias struo; (3) submitto me alicui, obsequiose colo; (4) procedo, eo. *Gl. V.* obrepo. (1) ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος, *Soph. Phil.* 1231. Οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς, *Eurip. Hippol.* 1103. (2) οἷ' ὑπέρχεται, viden' quomodo nobis subrepit, *Aristoph. Eq.* 269. Ὡς εὖ τὸν ἄνδρα ποικίλως θ' ὑπῆλθες ἐν λόγοισι, *Id. Ibid.* 459. Οἷός μ' ὑπῆλθες, qua me fraude circumvenisti! *Soph. Phil.* 1007. Λάθρα μ' ὑπελθὼν, clam mihi struens insidias, *Soph. Œd. Tyr.* 386. (4) ἐπεὶ δὲ ἐδόκει ἱκανὸν ἤδη ὑπεληλυθέναι τῷ Μυσῷ, *Xenoph. Cyri Exped.* 5, 2, 30. Θαῦμά τοι μ' ὑπέρχεται, *Soph. El.* 934.

Ὑπέρχρεως, ω, ὁ καὶ ἡ, qui supra facultates debet. A χρέος.

Ὑπερχρονίζω, nimis tardo vel moror.

Ὑπέρχρονος, ου, ὁ καὶ ἡ, omne tempus exsuperans.

Ὑπέρχυσις, εως, ἡ, effusio immodica, inundatio. Ab

Ὑπερχύω, superfundo.

Ὑπερχωρέω, supero, superscando.

Ὑπέρψυχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, supra modum frigidus.

Ὑπερψύχω, valde refrigero.

Ὑπερῴα, ας, et -ῴη, ης, ἡ, palatum. Ab ὑπερῷος.

Ὑπερωδυνία, ας, ἡ, dolor vehementissimus. Ex ὀδύνη.

Ὑπερωέω, retrocedo, regredior, *Il.* 8, 122.

Ὑπερώησαν, 3. pl. aor. 1. ind. act.

Ὑπερωϊόθεν, *adv.* ex summa ædium parte, e cœnaculo. Ab ὑπερώϊος.

Ὑπερώϊον, ου, τό· vide ὑπερῷον.

Ὑπερώϊος, ου, ὁ, qui in summa ædium parte est. A præc.

Ὑπερωκεάνιος, ον, ultra oceanum situs.

Ὑπερωμία, ἡ, eminentia humerorum, *Steph.*

Ὑπερωνέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, majori pretio emo.

Ὑπερώνυμος, ον, omnium verborum vim excedens, qui exprimi verbis non potest.

Ὑπερῷον, ου, τὸ, summa ædium pars; cœnaculum, pergula, *Ph.* (2) palatium. Ab

Ὑπερῷος, ου, ὁ καὶ ἡ· vide ὑπερώϊος.

Ὑπέρωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui excessit tempus legitimum. Ex ὥρα, *tempus.*

Ὑπερώσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, sanctissimus, maxime sanctus. Ex ὅσιος.

Ὑπερωτάω, ῶ, fut. ήσω, clam interrogo, *Dem.*

Ὑπεσθίω, edo, comedo, seu devoro, quod sub pedibus subjectum est, de equis, &c.

Ὑπεσπληνισμένος, η, ον, splenio utens, splenio devinctam habens aliquam corporis partem. A σπλήνιον.

Ὑπεσσεῖται, 3. sing. f. 1. ind. *Poet.* et *Dor.* pro ὑπέσεται, ab ὕπειμι.

Ὑπέσταν, aor. 2. ind. act. *Dor.* pro ὑπέστην vel 3. pl. aor. 2. ind. act. *Bœot.* pro ὑπέστησαν, ab ὑφίστημι.

Ὑπέστη, 3. sing. aor. 2. ind. act.

Ὑπεστειλάμην, aor. 1. ind. med. verbi ὑποστέλλω.

Ὕπεστι, 3. sing. præs. ind. act. verbi ὕπειμι.

Ὑπέστρεφε, 3. sing. imp. ind. act. v. ὑποστρέφω.

Ὑπέστρεψαν, *reversi sunt*, 3. pl. a seq.

Ὑπέστρεψε, *avertit*, 3. sing. aor. 1. ind. act.

Ὑπέσχεν, 3. s. a. 1. ind. act. cum ν, ab ὑπέχω.

Ὑπέσχετο, 3. sing. aor. 2. ind. med. verbi ὑπισχνέομαι.

Ὑπέσχημαι, *sum pollicitus*, perf. ind. pass.

Ὑπετάγησαν, 3. pl. aor. 2. ind. pass. verbi ὑποτάσσω.

Ὑπέταξε, *subjecit*, 3. sing. aor. 1. ind. act.

Ὑπεύδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui est in tranquillo, qui tranquillat, qui in tranquillo tenet navim. Μάλα κεν τόθ' ὑπεύδιος εἴης, *Aratus*, 990.

Ὑπεύθυνος, ὁ, ἡ, obnoxius rationi reddendæ, reus, sons, nocens, *Ph.* Ex εὐθύνη.

Ὑπευθύνως, ita ut crimini sis obnoxius, vel ut rationem reddere tenearis, *Steph.*

Ὑπευνάω, congredior, *Hes.*

Ὑπέφθη, 3. sing. aor. 2. ind. verbi ὑποφθάνω.

Ὑπέχω, f. ὑφέξω, suppono, submitto; (2) sustineo; (3) subeo. Δίκην ὑπόσχες αἵματος, subi judicium de sanguine, *Eurip. Or.* 1649. Αὐτοὶ τὴν δίκην ὑφέξομεν ἐν σοῖσι γαμβροῖς, *Id. Andr.* 358. Οὔ ποτε δίκην ὑφέξω σῶμ' ἐμὸν καθυβρίσαι, *Eur. El.* 705. Βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν, *Pind.* Ἔδρασεν οὐδὲν, ὧν ὑπέσχετο, promisit, *Eur. Ph.* 485.

Ὑπήβολον, depositum ad usuram, *Suid.*

Ὑπήεριος, ον, subdivalis, aërius, subobscurus. Κεῖνο δ' ὑπήεριον πέλαγος, *Apoll. Rhod.* 4, 1577.

Ὑπήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, morigerus, dicto audiens, *Gl. V.* Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γὰρ ἔσθ' ὑπήκοα, *Aristoph. Plut.* 147. Ab ὑπακούω.

Ὑπήκουον, imperf. ind. act. verbi ὑπακούω.

Ὑπηκούσατε, 2. pl. aor. 1. ind. act.

Ὑπήλατα φάρμακα, medicamenta alvum subducentia. Ab ὑπὸ et ἐλαύνω, *pello.*

Ὑπήνεικαν, 3. pl. aor. 1. ind. act. *Poet.* pro ὑπήνεγκαν, ab ὑποφέρω.

Ὑπηνέμιον, ὠὸν, τὸ, subventaneum, inefficax ovum, quod citra coitum editur, sed Veneris imaginatione. Dicitur etiam ζεφύριον ὠόν.

Ὑπηνέμιος, ὁ, ἡ, ventosus, cui subest ventus; (2) inanis, vanus, futilis. Ex ὑ. et ἄνεμος.

Ὑπήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, aversus ab aura, vento non expositus, tranquillus. Ὑπήνεμον ἀκτὴν, placidum

cidum littus, *Theocrit.* 22, 32. Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι, *Soph. Antig.* 411. ubi vide *Scholiast.*

ὙΠΗ'ΝΗ, ης, ἡ, barba. Hinc

Ὑπηνήτης, ου, ὁ, juvenis, pubescens, *Il.* 24, 348.

Ὑπήντησαν, 3. pl. a. 1. ind. act. v. ὑπαντάω.

Ὑπηντίασα, aor. 1. ind. act. verbi ὑπαντιάζω.

Ὑπηοῖος, οία, οῖον, matutinus. Ex ἠώς.

Ὑπηργμένοι, nom. pl. perf. part. pass. verbi ὑπάρχω.

Ὑπηρεσία, ας, ἡ, ministerium, officium; (2) de ministris ipsis quod in quacunque re præstatur; *inpr.* vilioribus; (3) de apparatu ludorum; (4) adulatio; (5) ὑπηρεσίαι, naves ministræ majorum, quæ milites vehunt. (2) ὑπηρεσίαν κρατίστην ἐμισθωσάμην, *Demosth. contra Polyclem.* Ex ὑ. et ἐρεσία.

Ὑπηρέσιον, ου, τὸ, pellis aut aliud quidpiam quod remiges sibi substernebant; (2) actuarium navigium; (3) quod equo insterni solet. Ex iisd.

Ὑπηρετεῖτο, 3. sing. imperf. ind. med. *contr.* pro ὑπηρετέετο, ab ὑπηρετέω.

Ὑπηρετέω, ministro, inservio, operam alicui navo; (2) obsequor, gratificor. Ἐγὼ δ' ἐκείνῳ πάντα ταῦθ' ὑπηρέτουν, *Aristoph. Plut.* 978. Ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν, τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν, *Soph. Phil.* 16. Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν, *Eur. Hec.* 833. Ab ὑπηρέτης. Hinc

Ὑπηρέτημα, ατος, τὸ, ministerium; (2) auxilium; (3) obsequium.

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, minister, famulus; (2) minister publicus, apparitor, minister pœnarum, torturæ; (3) subdiaconus, qui episcopo, presbyteris, et diaconis ministrabat. Ex ἐρέτης.

Ὑπηρετησάμην, a. 1. ind. med. verbi ὑπηρετέω. Unde

Ὑπηρέτησις, εως, ἡ, ministerium.

Ὑπηρετήσιον, τὸ, pro ὑπηρέσιον, *Suid.*

Ὑπηρετητικὸς, ἡ, ὸν, famularis, servilis, obsequiosus. Ab ὑπηρέτης.

Ὑπηρετικὸς, idem quod ὑπηρετητικός· (2) lembus, linter, navicula ad peragenda cita quædam subitanea, et minuta negotia, vel ministeria (subauditur πλοῖον). (2) ἀφικνεῖται ἐκ Μεθώνης ὑπηρετικὸν εἰς Θάσσον, ἄγον ἄνδρα καὶ ἐπιστολὰς, *Demosth. contr. Polyclem.*

Ὑπηρέτις, ιδος, ἡ, ministra. Ab eod.

Ὑπῆρμαι, perf. ind. pass. verbi ὑπαίρω.

Ὑπῆρξε, 3. sing. aor. 1. ind. act. v. ὑπάρχω.

Ὑπῆρχε, 3. sing. perf. ind. act.

Ὑπήσειν, fut. 1. inf. act. *Ion.* pro ὑφήσειν, ab ὑφίημι.

Ὑπήτριον, ου, τὸ, uber, mamma, *Suid.* sumen, abdomen, *V. L.*

Ὑπηχέω, resono, sono; (2) succino. Ἔῤῥηξε δ' αὐδὴν, ὥς θ' ὑπηχῆσαι χθόνα, *Eurip. Supp.* 711. Λιγυρὸν ὑπηχοῦσι τέττιγες, *Luc.*

Ὑπηῷος, α, ον. Vide ὑπηοῖος.

Ὑπιέναι, *Ion.* pro ὑφιέναι, *Steph.*

Ὑπίλλω, claudo. Σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα, *Soph. Antig.* 515.

Ὑπινέω, ῶ, evacuo.

Ὑπίστασθαι, præs. inf. pass. *Ion.* pro ὑφίστασθαι, ab ὑφίστημι.

Ὑπισχνέομαι, οῦμαι, polliceor, promitto, adfirmo. Τιμωρήσειν τὸν φονέα σὺν θεοῖς ὑπισχνοῦμαι, *Xen.* Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ, *Aristoph. Vesp.* 748. Ab ὑπίσχομαι.

Ὑπίσχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, aliquantum macer.

Ὑπίσχομαι, polliceor, promitto, *Il.* 23, 209.

Ὑπναλέος, έα, έον, somno gravatus, somnolentus. Ab ὕπνος.

Ὑπναλὴ, ἡ, aspidis genus somno necantis, nisi sit epitheton pro ὑπναλέη, *Steph.*

Ὑπναπάτης, somno fallens, *Ep.*

Ὑπνάω, dormio, somnum capio.

Ὑπνέω, idem quod ὑπνόω, *Steph.*

Ὑπνηλὸς, ἡ, ὸν, somnolentus, somniculosus.

Ὑπνητικὸς, ἡ, ὸν, idem. Ab ὑπνάω.

Ὑπνικὸς, ἡ, ὸν, idem. Ab ὕπνος.

Ὑπνοδότειρα, ας, ἡ, quæ somnos præbet et adfert, somnifera. Ex ὕπνος et δότης.

Ὑπνοδότις, ιδος, ἡ, idem.

Ὑπνοδῶτις, ἡ, idem.

Ὑπνοδότης, somnum efficiens, *Æsch.*

Ὑπνομαχέω, ῶ, cum somno pugno, somno me opprimere conanti reluctor. A μάχομαι.

Ὑπνοποιέω, somnum concilio seu adfero. Ab

Ὑπνοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, somnificus, somnum adferens. Ex ὕπνος et ποιέω.

ὝΠΝΟΣ, ου, ὁ, somnus, sopor.

Ὑπνοῦντας, acc. plur. part. pro ὑπνέοντας, ab ὑπνέω.

Ὑπνοφανὴς, ὲς, somno visus, *Man.*

Ὑπνοφόβης, ου, ὁ, in somnis terrens, in somniis per quietem terrens. Ex φόβος.

Ὑπνοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, somnifer, somnum adferens. Ex ὕπνος et φέρω.

Ὑπνόω, ῶ, fut. ώσω, dormio; (2) somnum adfero. Ὅταν δ' ὑπνώσῃ βακχίου νικώμενος, *Eurip. Cyc.* 447. Ab ὕπνος.

Ὕπνω, somni, gen. sing. *Dor.* pro ὕπνου.

Ὑπνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, somniculosus, somnolentus. Μὴ ὑπνώδεα εὐνᾶς ἐγείρετε, *Eurip. Herc. Fur.* 1050.

Ὑπνωτικὸς, ἡ, ὸν, idem; in somnum pronus, somno deditus. Ab ὑπνόω.

Ὑπνωτικῶς, *adv.* somniculose. A præc.

Ὑπνώττω, et -ώσσω, idem quod ὑπνόω. Ὑπνώσσει, dormit, *Eurip. Or.* 173.

ὙΠΟ', *Præpos. cum pass. et gen.* ab; *cum neut.* culpa, vi alterius, propter præ, per, cum; *cum dat.* sub, in, cum, ad, auspicio, ductu, comite; *cum acc.* sub; *de loco et tempore*, ad, *de loco.* Ὑπό τι, propemodum, quodammodo, aliquatenus, nonnihil. Εὐήθη καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ, *Plat.* in compositis sæpe significat πρὸ, ante, præ; minuit item significatum.

Ὑποάμουσος, ὁ, subrusticus, *Plat.*

Ὑποβάθρα, ας, ἡ, fulcrum, solum, fundamentum, scabellum.

Ὑπόβαθρον, ου, τὸ, scabellum, subsellium.

Ὑποβαίνω, subeo; (2) inferior sum; (3) progredior. *In med.* submitto, demitto me.

Ὑποβάκχειος, ὁ, pes una brevi et duabus longis, al. Antibacchius.

Ὑποβάλλω, subjicio, suppono; (2) suggero, moneo; (3) spurium, falsum, pro genuino, vero vendito; sic inpr. *med.* ut *Soph. Aj.* 188. (4) interloquor; (5) objicio, v. gr. invidiæ, ὑποβεβλημένος, subjectus, *Gl. V.* perf. pass. part. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, &c. *Act.* 6, 11. Ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σποδὸν, *Eur. Supp.* 1157. Δουλία δ' ἀφ' αἵματος μαστῷ γυναικος σῆς ὑπεβλήθην λάθρα, *Id. Alc.* 635.

Ὑποβαρβαρίζω, subbarbare loquor.

Ὑποβάρβαρος, ον, subbarbarus.

Ὑποβὰς, aor. 2. part. act. verbi ὑποβαίνω.

Ὑπόβασις, εως, ἡ, decrementum, ipsa descendi actio; item fundamentum, basis. Ab ὑποβαίνω.

Ὑποβάσκανος, fascinans, *Man.*

Ὑποβαστάζω, f. άσω, sustento, sustineo.

Ὑποβάτης, ου, ὁ, scabellum. Ab ὑποβαίνω.

Ὑποβδύλλω, clam flatum ventris emitto, *Luc.*

Ὑποβήττω, fut. ξω, tussio, subtussio.

Ὑποβιάζω, fut. άσω, violenter depello.

Ὑποβιβάζω, fut. άσω, deduco; (2) minuo, deprimo, *in med.* submitto me. Ὑποβιβάζει τὰ χολώδη, *Diosc.*

Ὑποβιβαστικὸς, subducendi vim habens, *Steph.*

Ὑποβινητιῶντα, edulia quæ libidinem proritant, *V. L. ex Men.*

Ὑπόβλαισος, ὁ καὶ ἡ, qu. dic. subvalgus, obliquus, distortus.

Ὑποβλαστάνω, fut. στήσω, succresco, de subole.

Ὑπόβλεμμα, ατος, τὸ, adspectus qui fit oculis limis vel torvis. Ab ὑποβλέπω.

Ὑποβλεπτικῶς, *adv.* limis oculis adspiciendo.

Ὑποβλέπω, f. ψω, subapertis oculis et leviter suspicio, qu. dic. subadspicio, dejectis oculis adspicio; (2) improbe et torve adspicio; (3) suspicor, suspectum habeo; (4) aversor, contemno. Οὐ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, *Aristoph. Lys.* 521. Δεινόν τι καὶ θηριῶδες ἐν τοῖς ὄμμασι ὑποβλέπειν, *Luc.* Τί με ὑποβλέπεις, *Idem.* Ὑποβλεπώμεθ' ὡς ἐγνωσμένοι, *Eur. Her. Fur.* 1292.

Ὑπόβλεψις, εως, ἡ, idem quod ὑπόβλεμμα.

Ὑποβλήδην, *adv.* subjiciendo, vel interpellato sermone, excipiendo verba dicentis nondum finita oratione. Ab ὑποβάλλω.

Ὑποβλητικῶς, *adv.* idem:

Ὑπόβλημα, ατος, τὸ, substramen:

Ὑπόβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, supposititius, subdititius. *Ph.* subornatus, subdolus. Ὑπόβλητον στόμα, sermo subdolus, *Soph. Œd. Col.* 794 (828). Ὑπόβλητον λόγον ἔλεξας, subdititium *vel* a te alienum sermonem protulisti, *Soph. Aj.* 481. Ab eod.

Ὑποβλητῶς, *adv.* ficte, simulate.

Ὑποβλίττω, exprimendo aufero, emungo. Τοὺς δὲ τοιούτους ὑποβλίττουσιν οἱ συκοφάνται, *Philostr.* 273.

Ὑποβολεὺς, έως, ὁ, subjector, submissor, monitor, *Ph.* Ab

Ὑποβολὴ, ῆς, ἡ, subjectio, et qu. dic. substratio; (2) culcitra, aut quidquid insternendi aut incubandi causa paratur; cujusmodi sunt tapetes, tegetes, storeæ, et id genus alia; (3) subjectio rei falsæ pro vera, fraus; (4) admonitio; (5) subjectio, *i. e.* sermonis interpellatio; (6) vices, alternatio; ἐξ ὑποβολῆς, per vices; (7) insidiæ occultæ; (8) figura rhetorica, qua multa, quæ pro adversario dici possunt, breviter et minutim proposita breviter confutantur. Hinc

Ὑποβολιμαῖος, αία, αῖον, supposititius, subdititius, *Ph.* Ἔννοια ὑποβολιμαία καὶ παρέγγραφος, *Plut.*

Ὑπόβολος, ου, ὁ καὶ ἡ, obnoxius pignerationi, oppositus pignori. *Gl. V.* pigneratitius, τὸ ὑπόβολον, pignus. Ab ὑποβάλλω.

Ὑποβόρβορος, ου, ὁ καὶ ἡ, cœnosus, fæculentus.

Ὑποβορβορύζω, fut. σω, submurmuro, *Aret.*

Ὑποβουλεύω, insidias struo, *R.*

Ὑποβούλημα, ατος, τὸ, insidiæ.

Ὑπόβραγχος, ον, subraucus; ὑποβραγχότερον, *adv.* subrauce.

Ὑποβρέμω, fremo, seu murmuro sub.

Ὑποβρέχω, qu. dic. submadefacio, aliquantum madefacio, irrigo, imbuo; ὑποβεβρεγμένος, imbutus leviter, paululum appotus. Καὶ οἴνῳ δὲ παλαιῷ πολλῷ ὑποβεβρεγμένος, *Luc.* Hinc

Ὑπόβρυχα, *adv.* in profundo, sub aqua.

Ὑποβρυχία, acc. sing. ab

Ὑποβρυχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, aquis submersus.

Ὑποβρυχὴς, pro ὑποβρύχιος, *V. L. ex Men.*

Ὑποβρύχιος, ια, ιον, demersus, submersus et profundus.

Ὑποβρύχιος, ία, ιον, frendens, fremens, mugiens.

Ὑπόβρωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, subvirosus, aliquantum fœtidus.

Ὑποβρώσκω, aliquantum edo; ὑποβέβρωται, subrosum est, perf. pass. 3. sing. Ὑποβέβρωται δὲ ταῦτα τὰ δένδρα, *Theophr.*

Ὑπόγαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, subterraneus. A γαῖα.

Ὑπογαμφηλαὶ, submaxillares dentes, *Man.*

Ὑπογαστρίζομαι, saturor. A γαστήρ. Unde

Ὑπογάστριον, ου, τὸ, sumen, abdomen.

Ὑπόγειος, ου, ὁ καὶ ἡ, subterraneus, sub terra latitans. Ex ὑπὸ et γέα, vel γῆ, *terra.*

Ὑπόγεισος, ου, ὁ καὶ ἡ, subgrundiis tectus. A γεῖσον.

Ὑπογελῶ, renideo, subrideo, *Gl. V.*

Ὑπογέμω, plenus sum.

Ὑπογενειάζω, fut. άσω, mentum ejus prendo, quem rogo, supplico, demulceo. Ὑπογενειάζων τὸν ἄνθρωπον, *Æschin. contra Timarch.* 24. Καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν ἂν ὑπογενειάζουσα τὰ παιδάρια, *Synes. de Provid.* 108. D. A γένειον.

Ὑπογενειάσκω, barbesco, pubesco.

Ὑπογέωμα, τὸ, locus subterraneus, *Suid.*

Ὑπογίγνομαι, subnascor, subcresco; (2) occurro, in mentem venio. (1) ἵνα σφι γίνηται ὑπογίνηται, *Herodot.* 3, 159.

Ὑπογλαυκίσκω, subglaucus sum. Ὅσσοι δ' ὑπογλαυκίσκει, *Mosc.* 2, 86. Ab

Ὑπόγλαυκος, ου, ὁ καὶ ἡ, subglaucus.

Ὑπογλαύσσω, subluceo, splendorem emitto.

Ὑπόγλισχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, viscosus.

Ὑπογλουτὶς, ίδος, ἡ, nates, quæ sub clunibus sunt,

sunt, i. e. quiddam commune clunibus et femori. A γλουτός.

Ὑπογλυκαίνω, subdulce reddo. Ὑπογλυκαίνω ῥηματίοις μαγειρικοῖς, *Aristoph. Eq.* 216.

Ὑπόγλυκυς, εος, ὁ ἡ ἡ, subdulcis.

Ὑπογλώσσιον, vel -ώττιον, ου, τὸ, tuberculum sub lingua, aut linguæ pars inferior intumescens et indurata. *Gl. V.* sublingua. Ex ὑ. et γλῶσσα.

Ὑπογλωσσὶς et -ττὶς, ίδος, ἡ, intima lingua, i. e. ortus ac radix illius, qua parte ad imam annectitur maxillæ. Ex iisd.

Ὑπόγλωσσον, ου, τὸ, hypoglossum, frutex. *Gl. V.* sublingua. Ex iisd.

Ὑπογλώττιον. Vide ὑπογλώσσιον.

Ὑπογνάμπτω, fut. ψω, inflecto, incurvo. Καὶ ψυχῆς ἀπατηλὸν ὑπογνάμψαι φρεσὶν ὁρμὴν, *Hom. Hymn. in Mart.* 13.

Ὑπογογγύζω, musso, *Gl. V.* Hinc

Ὑπογογγυστὴς, οῦ, ὁ, mussitator.

Ὑπογονάτιον, ου, τὸ, quod genibus subjicitur.

Ὑπόγραμμα, ατος, τὸ, subscriptio; (2) idem quod ὑπογραφή (4). Ab ὑπογράφω.

Ὑπογραμματεὺς, έως, ὁ, scribæ vicarius, scribæ administer, scriba secundus, inferior, *item* scriba *simpl.* Hinc

Ὑπογραμματεύω, facio scriptum.

Ὑπογραμμὸς, οῦ, ὁ, forma delineata, præscriptum exemplar. Ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός, patientiæ summum exemplar, *Clemens Roman.* 5, (sub finem). A γραμμή.

Ὑπογραφεὺς, έως, ὁ, amanuensis, qui dictata excipit; item qui subscribit. *Gl. V.* ὑπογραφεῖς, amanuenses.

Ὑπογραφὴ, ῆς, ἡ, subscriptio; (2) descriptio prima, rudis et crassa adumbratio, *Gl. V.* lineamentum. *Angl.* THE OUTLINES; (3) figurate et ridicule dictum; (4) cum ὀφθαλμῶν est ciliorum nigredo a stibio, *Ern.* (5) commentaria, liber memorialis. (5) ἐντυχὼν ἄρα ταῖς ὑπογραφαῖς τοῦ πατρὸς, *App. Pun.* 136.

Ὑπογράφω, fut. ψω, subscribo, subsigno; (2) describo, vel breviter definio; (3) fuco, præsertim *tropice* de oratione; (4) sub aliquo scribo, dictata alicujus excipio; (5) delineo, lineamenta duco; (6) præscribo, doceo scribere; (7) probo me, ostendo; (8) tacite indico; item propono, ut spem; (9) in commentaria refero; (10) καὶ αὐτίκα ἑαυτῷ εἰς μνήμην ὑπογράψεσθαι, *Appian. Pun.* 136. Εἶτ' εἴ τι καινὸν ὑπογραφῇ τῷ μῷ βίῳ, *Eur. Her. Fur.* 1122. Πᾶσιν ὑπογράφειν ἐλπίδας, *Polyb.* Ὑπογραφόμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, *Herodian.*

Ὑπόγρυπος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui est subadunco naso.

Ὑπόγυον, nuper, *Gl. V.* etiam ὑπόγυιον. Ab

Ὑπόγυιος, et ὑπόγυος, ου, ὁ ἡ ἡ, qui est præ manibus et instat, recens. Ἐξ ὑπογυίου, recenter, de subito. Ἐκ παλαιοῦ, et ἐκ τοῦ πολλοῦ χρόνου, *Aristoph.* Ex γυῖον *plur.* γυῖα, *pedes.*

Ὑπογυιότατα, *adv.* nuperrime. A præc.

Ὑπογυίως, *adv.* nuper, recens.

Ὑποδάκνω, fut. δήξω, leviter mordeo.

Ὑπόδακρυς, υ, lacrymosus, flens.

Ὑποδακρύω, fut. ύσω, fleo, lacrymor.

Ὑποδαμάω, ὑποδάμναμαι, et ὑποδάμνημι, subjugo; subjugor, subjectus sum, cedo. Ὅς (ἔρως) ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται, *Theocr.* 29, 23. *Od.* 3, 214.

Ὑπόδασυς, εος, ὁ ἡ ἡ, paulum hirsutus.

Ὑποδδείσας, aor. 1. part. act. *Poet.* pro ὑποδείσας, ab ὑποδείδω.

Ὑποδέδεκται, 3. sing. perf. ind. pass. verbi ὑποδέχομαι.

Ὑποδεδεμένους, acc. pl. part. perf. pass. verbi ὑποδέω.

Ὑποδεὴς, vel ὑποδεὴς, έος, ὁ ἡ ἡ, inferior. Ab ὑποδέομαι.

Ὑπόδειγμα, ατος, τὸ, documentum, indicium, exemplar, formula, *Ph.* exemplum, *Gl. V.* Ab ὑποδείκνυμι.

Ὑποδειδίζω, timeo, *Rob.* Ab

Ὑποδείδω, fut. είσω, subvereor, subtimeo. Πάταγεῦσιν, ὥστε πτηνῶν ἀγέλαι μέγαν αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες, *Soph. Aj.* 169. Ὑποδιδιὼς ἔγωγε Λιβυκὸν ὄρνεον, *Aristoph. Av.* 65.

Ὑποδείελος, ου, ὁ ἡ ἡ, subvespertinus.

Ὑποδείκνυμι et ύω, fut. είξω, submonstro; (2) præmonstro, suggero, subjicio, submoneo. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, *Act.* 20, 35. Τὸ εἶδος ὡς οἷόν τε ὑπόδειξον τῷ λόγῳ, *Luc.* Hinc

Ὑποδείκτης, ου, ὁ, præmonstrator, *Gl. V.*

Ὑποδειμαίνω, timeo.

Ὑποδεῖξαι, aor. 1. inf. act. verbi ὑποδείκνυμι.

Ὑποδείξω, *indicabo*, fut. 1. ind. act. verbi ejusd.

Ὑποδειπνέω, ῶ, conviva sum, vocatus seu destinatus in locum alterius, si ille neget se venturum. Ὥς με ὑποδειπνεῖν ἔδει, *Luc.*

Ὑποδέκομαι, *Ion.* pro ὑποδέχομαι. Hinc

Ὑποδεκτήριον, ου, τὸ, receptaculum, *Gl. V.*

Ὑποδέκτης, ου, ὁ, exceptor, susceptor; (2) quæstor, cui ærarii publici cura commissa est.

Ὑποδεκτικὸς, ἡ, ὸν, ad excipiendum idoneus, facile recipiens, hospitalis. A præc.

Ὑποδενδρυάζω, vide seq.

Ὑποδενδρύομαι, vel όομαι, οῦμαι, arboresco, paullulum in arborem abeo. A δένδρον.

Ὑποδέξαι, a. 1. inf. act. *Ion.* pro ὑποδεῖξαι, ab ὑποδείκνυμι.

Ὑποδεξίη, ης, ἡ, apparatus, quo quis accipitur; (2) commoditas accipiendi; (3) susceptio. Ab ὑποδέχομαι.

Ὑποδέξιος, ία, ιον, ad suscipiendum aptus, capax, opportunus; *Subst.* susceptor.

Ὑπόδεξις, εως, ἡ, pro ὑποδοχή, *Hes.*

Ὑποδέομαι, rogo humiliter; (2) egeo.

Ὑποδέραιον, ου, τὸ, ornamentum colli. Ex δέρη.

Ὑποδερὶς, ίδος, ἡ, torquis, monile; (2) extremi colli pars prior, vel ultima colli anterioris pars, cui proxime subest jugulum. Ex eod.

Ὑποδέρω, pelle denudo.

Ὑπόδεσις, εως, ἡ, subligatio, vel fascia, quæ ante injectas plagulas fracturis additur; (2) calceatio, calceatus, calceamentum. *Gl. V.* soccus. Ab ὑποδέω.

Ὑποδέσματα, τὰ, pignora, *V. L.*

Ὑποδεσμὶς, ίδος, ἡ, fascia ad deligandum, ut fiat ὑπόδεσις.

Ὑποδεσμεύω, idem quod

Ὑποδεσμῶ, subligo. *Gl. V.* calceo.

Ὑπόδεσμοι, οἱ, fasciæ quæ fracturis post injectos pannos superdantur, *Hipp.*

Ὑποδέχνυμαι, idem quod

Ὑποδέχομαι, fut. δέξομαι, suscipio, excipio, recipio; (2) probo, credo; (3) promitto. Ἦν πόντος ἑοῖς ὑπεδέξατο κόλποις, *Dion. Per.* 359. Οὐδ' ἀκλεὴς νιν δόξα πρὸς ἀνθρώπων ὑποδέξεται, *Eurip. Heracl.* 623. Ἱκέτας ὑποδεχθεὶς, *Ib.* 757.

Ὑποδέω, subligo, subtus ligo, calceo; ὑποδεδεμένος, calceatus, perf. pass. part. ὑπόδησον, calcea, *Gl. V.* a. 1. imperat. act. Ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, *Act.* 12, 8. Τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδέδετο, *Ælian.*

Ὑπόδηλος, ον, conspicuus, non ignotus.

Ὑποδηλέω, ῶ, f. ώσω, occulte declaro, significo, indico. Σημεῖον ὑποδηλῶσαι Περσεὺς ἐκδραμὼν, *Aristoph. Thesm.* 1020.

Ὑπόδημα, ατος, τὸ, calceamentum, calceus, caliga. *Gl. V.* Ὑποδήματα ἢ κνηΐδας ἱμᾶς ἐσθιόντων, *Plut.* Ab ὑποδέω. Hinc

Ὑποδημάτιον, τὸ, calceolus.

Ὑποδηματοῤῥάφος, ου, ὁ ἡ ἡ, sutor. Ex ὑπόδημα et ῥάπτω, *suo*, a quo ῥαφή.

Ὑποδῆσαι, aor. 1. inf. pass. verbi ὑποδέω.

Ὑπόδησις, εως, ἡ, idem quod ὑπόδεσις.

Ὑποδιαβρώσκω, paullulum erodo, seu corrodo.

Ὑποδιαζευκτικὸς, ἡ, ὸν, subdisjunctivus.

Ὑποδιαίρεσις, εως, ἡ, subdivisio. Ab

Ὑποδιαιρέω, ῶ, subdivido, minutius divido.

Ὑποδιακονέω, subdiaconus sum.

Ὑποδιάκονος, ου, ὁ, subdiaconus.

Ὑποδιασπάω, leniter diduco, vel distraho; vel diduco, distraho, *simpl.*

Ὑποδιαστολὴ, ῆς, ἡ, subdistinctio; (2) interpunctio minima; separatio.

Ὑποδιαφέρω, clam in partes traduco.

Ὑποδιαφθείρω, fut. ερῶ, paulatim corrumpo.

Ὑποδιδάσκαλος, ου, ὁ, subpræceptor, præceptoris vicarius.

Ὑποδιδράσκω, fut. σῶ, clam aufugio, *Aret.*

Ὑποδίδωμι, fut. ώσω, cedo, minuor.

Ὑποδιήγησις, εως, ἡ, quasi secundaria narratio, cum rei narratæ causas subjicimus.

Ὑποδικάζω, fut. άσω, loco judicis decerno.

Ὑπόδικος, ου, ὁ ἡ ἡ, reus, obnoxius. A δίκη.

Ὑποδινέω, ῶ, fut. ήσω, verso, agito.

Ὑποδιοικητὴς, οῦ, ὁ, propræfectus.

Ὑποδιπλόω, ῶ, duplico. Hinc

Ὑποδίπλωσις, εως, ἡ, duplicatio.

Ὑποδίφθερος, ου, ὁ ἡ ἡ, vel ὑποδιφθέρος, έρα, ερον, pellibus vestitus, pellitus. A διφθέρα.

Ὑποδίψιος, siticulosus, *Man.*

Ὑποδμάω, idem quod ὑποδαμάω, *Hom.*

Ὑποδμηθεὶς, εῖσα, ὲν, subjectus, aor. 1. part. pass. Ἀνοίγοισιν ὑποδμηθεὶς βελέεσσιν Κυπρίδος, *Mosch.* 2, 75. A δαμάω.

Ὑποδμὼς, ῶος, ὁ, qu. dic. servitute domitus, servus; (2) satelles, minister. Ποσειδάωνος ὑποδμῶς, Neptuno subditus, *Odyss.* 4, 386.

Ὑπόδοσις, successio, *Æsch.* al. ὑπόδυσις, *Hes.*

Ὑπόδουλος, ου, ὁ, subjectus, qui in potestate est alterius.

Ὑποδοχεῖον, ου, τὸ, locus ubi quis excipitur, hospitium. Ab ὑποδοχή.

Ὑποδοχεὺς, έως, ὁ, exceptor, susceptor, receptor. Ab eod.

Ὑποδοχὴ, ῆς, ἡ, exceptio, receptio, receptatio, receptaculum, ipse excipiendi actus; (2) convivium, quo quis excipitur; (3) favor in causa alicujus; (4) approbatio, fides, quæ, v. gr. historico tribuitur, *nisi istis locis leg.* ἀποδοχή, *Ern.* Ab ὑποδέχομαι.

Ὑπόδρα, *adv.* torve, torvis oculis, *Il.* 1, 148. Ex ὑπὸ et δράω.

Ὑποδραματουργέω, subservio fabulæ alicujus; dicitur de actoribus.

Ὑποδραμὼν, aor. 2. part. act. verbi ὑποτρέχω.

Ὑπόδραξ, vel ὑποδρὰξ, idem quod ὑπόδρα, *Nic. Ther.* 765.

Ὑποδρασίη, ας, *Ion.* σίη, ἡ, torvus adspectus; (2) odium; (3) suspicio, pro ὑποδραξία.

Ὑποδράω, ῶ, f. άσω, famulor, inservio, *Od.* 15, 332.

Ὑπόδρηστ, ε, ὁ, suspiciosus, *Nonn. P.* 8, 61.

Ὑποδρῆσειν, f. 1. inf. act. verbi ὑποδράω.

Ὑποδρήσσω, idem quod ὑποδράω. Παρθένον ἐκ ἐπέοικεν ὑποδρήσσειν Ἀφροδίτῃ, *Mus.* 143.

Ὑποδρηστὴρ, ῆρος, ὁ, minister, famulus. A præc.

Ὑπόδριμυς, εος, ὁ ἡ ἡ, subacer, subacerbus.

Ὑποδρομὴ, ῆς, ἡ, accessio ad locum editiorem; (2) idem quod ὑπόδρομος. Ab ὑποτρέχω. Unde

Ὑποδρόμος, ὁ ἡ ἡ, qui accedit ad locum; navis appellens aliquo, ad littus, in portum.

Ὑπόδρομος, ὁ, recessus in mari, *Ern.*

Ὑπόδροσος, ου, ὁ ἡ ἡ, roscidus.

Ὑπόδυμα, τὸ, pro ὑπόζωμα, *Cal. Aur.*

Ὑποδύνω, et ὑπόδυμι, fut. δύσω, subeo; (2) insinuo, occulto; (3) induo sub. Ὑποδύνειν κίνδυνον, *Herodot.* ὑπὸ τοὺς πίλους, *Id.* χιτῶνας τοῖς εἵμασι, *Id.* Τὰς δὲ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι τὰς Λακωνικὰς, *Aristoph. Vesp.* 1152.

Ὑποδύομαι, fut. δύσομαι, idem. Ἐγὼ γὰρ ἂν πλαίην ὑποδύσασθαί ποτε ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα, *Aristoph. Vesp.* 1153. Ἄλλος ἄλλον ὑπεδύετο θάμνον, *Heliod.*

Ὑπόδυσις, εως, ἡ, refugium. *Gl. V.* submersio. A præc.

Ὑποδύσκολος, ον, paulo gravior, seu molestior.

Ὑποδυσφορέω, ῶ, fut. ρήσω, subirascor, subindignor, aliquantum ægre fero. Λέγοντος ὑποδυσφορεῖν σε, *Plato.*

Ὑποδύσφορος, ον, paulo impatientius ferens incommodum, morbum; nimis jactans corpus in morbo.

Ὑποδυσχεραίνω, f. ανῶ, idem quod ὑποδυσφορέω.

Ὑποδυσώδης, εος, ὁ ἡ ἡ, aliquantum olidus.

Ὑποδύτης, ου, ὁ, interior vestis seu subucula. Ab

Ὑποδύω, fut. ύσω, ύσομαι, subeo, ingredior; (2) subrepo, clam ingredior; (3) de actione capesso, suscipio. Ὑπέδυσαν πόλεμον, *Aristot.*

Ὑποδώριος, subdorius.

Ὑποδωριστὶ, subdorice.

Ὑποείκω, f. είξω, είξομαι, cedo, concedo, decedo alicui; (2) evito, *Il.* 4, 62. *Ib.* 23, 602.

Ὑποεργὸς, οῦ, ὁ· vide ὑπουργός.

Ὑποεσθὴς, ῆτος, ἡ, vestis interior, interula, subucula, *Hes.*

Ὑποζάκορος, ου, ὁ, ἡ, æditui famulus.

Ὑποζακορεύω, æedituo famulor.

Ὑποζευγνύω, seu υμι, fut. ζεύξω, subjugo, jugo submitto; (2) subjicio potestati, &c. Εἶδον ἵππους ὑπεζευγνυμένους, *Æl.* Κἀγὼ θέλοντης τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ, *Soph. Aj.* 24. Hinc

Ὑπόζευξις, εως, ἡ, subjunctio, subjectio.

Ὑποζύγιον, ου, τὸ, jumentum, veterina bestia. Ἐφέρετο κατὰ τῶν κρημνῶν ὁμόσε τοῖς φορτίοις, πολλὰ τῶν ὑποζυγίων, *Polyb.* 3, 51, 4.

Ὑποζύγιος, ία, ιον, subjugis, subjugalis.

Ὑποζυγιώδης, ες, instar jumenti subditus, *E. M.*

Ὑποζυγόω. ῶ, f. ώσω, subjugo, submitto.

Ὑπόζω, suboleo.

Ὑπόζωμα, ατος, τὸ, septum transversum; (2) pars media gubernaculi sive clavi, *Ph.* subcinctum, al. *Gl. V.* semicinctum. Ab ὑποζώννυμι.

Ὑποζώνιον, ου, τὸ, præcinctorium, *Gl. V.* A ζώνη.

Ὑποζώννυμι, vel ὑποζωννύω, fut. ὑποζώσω, succingo, accingo; ὑποζωσμένος, subcinctus, præcinctus, *Gl. V.* p. pass. part. Ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον, *Act.* 27, 17. Τὴν μάχαιραν ἣν ὑπέζωστο ὑφαρπάσας, *Ælian.* Ὑποζωννύειν ναῦς, succingere naves, *id est*, instruere, parare, *Polyb.* 27, 3, 3.

Ὑποθάλπω, fut. ψω, foveo, calefacio, *Jos.*

Ὑπόθεμα, ατος, τὸ, quod supponitur, seu subjicitur, pedamentum, basis, *Gl. V.* suppositorium. Ab ὑποτίθημι.

Ὑποθέναρ, spatium a digito qui λιχανὸς vocatur usque ad minimum, *Poll.*

Ὑποθερμαίνω, aliquantulum calefacio. Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι, *Il.* 16, 333.

Ὑπόθερμος, ου, ὁ ϗ ἡ, calidus.

Ὑποθέσθαι, a. 2. inf. med. v. ὑποτίθημι. Unde

Ὑπόθεσις, εως, ἡ, fundamentum, basis alicui rei supposita seu subjecta; (2) suppositio, conditio sub qua; (3) sumptio; (4) *ap. Rhet.* quæstio finita, legis casus; (5) argumentum, de quo agitur, controversia, *Ph.* (6) conditio, sors; (7) institutum, consilium; (8) causa, ut ὑπόθεσις δέους, causa timoris; (9) consilium, præceptum; (10) opinio. Κατὰ τὰς ἐντολὰς τὰς Ἀράτου καὶ τὰς ὑποθέσεις, ex Arati monitis, *Polyb.* 2, 48, 8. Τὴν ὑπόθεσιν τηρεῖν, servare propositum, institutum, *Id.* 5, 5, 5. Κατασκέψασθαι τὴν τῶν ὑπεναντίων ἐπίνοιαν καὶ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν, *Id.* 3, 50, 6. Ταύτης τῆς ὑποθέσεως προεστῶτες, harum partium principes, *Id.* 31, 8, 12. Ab ὑποτίθημι.

Ὑποθετέον, supponendum seu subjiciendum est, *Steph.*

Ὑποθέτης, ου, ὁ, qui subjicit aut suggerit; (2) auctor; (3) consultor. Ab ὑποτίθημι.

Ὑποθετικὸς, ἡ, ὸν, hortatorius; (2) conditionalis. A præc.

Ὑπόθετος, ου, ὁ ϗ ἡ, suppositus, supposititius, qui supponi solet. Ab eod.

Ὑποθέω, fut. εύσομαι, cursu subeo, *Pind. P.* 2.

Ὑποθεωρέω, ῶ, fut. ήσω, conspicio, *Plut.*

Ὑποθήκη, ης, ἡ, suppositio; (2) hypotheca; obligatio, fiducia. *Ph.* pignus; (3) admonitio, consilium. Ab ὑποτίθημι. Hinc

Ὑποθηκιμαῖος, fiduciarius, *Gl. V.*

Ὑπόθημα, ατος, τὸ, idem quod ὑπόθεμα.

Ὑποθημοσύνη, ης, ἡ, præceptum, monitum, consilium. Ab ὑποτίθημι.

Ὑποθήσομαι, f. 1. ind. med. verbi ὑποτίθημι.

Ὑποθλίβω, fut. ψω, leviter premo, ut uber.

Ὑποθορυβέω, ῶ, fut. ήσω, incipio tumultuari, fremo.

Ὑποθράττω, fut. άξω, leviter turbo; (2) nonnihil terrefacio; (3) conturbo, perturbo. Ὑπέθραττεν ἐνίους ὁ τῆς καθόδου καιρὸς, *Plut.*

Ὑποθραύω, fut. αύσω, leviter vulnero.

Ὑποθρηνέω, carmine seu cantu deploro.

Ὑποθρύπτομαι, fut. ψομαι, deliciis aliquantum indulgeo, *Plut.*

Ὑποθρώσκω, subsilio; dicitur et de navigantibus.

Ὑποθυμίαμα, τὸ, idem quod

Ὑποθυμιὰς, άδος, ἡ, sertum appensum collo; corolla collaris, *Alcæus et Sappho apud Athen.* 674.

Ὑποθυμίασις, εως, ἡ, suffumigatio. Ab

Ὑποθυμιάω, ῶ, f. άσω, suffio, suffumigo.

Ὑποθυμὶς, ίδος, ἡ, suffumigatio, *Plut.* A θυμός.

Ὑποθυρὶς, ίδος, ἡ, limen inferius, subliminare Ab ὑπὸ et θύρα.

Ὑπόθυρον, ου, τὸ, idem et ex iisd.

Ὑπόθυψις, εως, ἡ, fomes, incentivum, incitamentum. Τὸ γὰρ μανθάνειν ἀψευστεῖν πρὸς τοὺς θεοὺς, ὑπόθυψίς ἐστι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀληθείας, *Polyb.* 6, 59, 4.

Ὑποθωπεύω, fut. εύσω, subblandior. Εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας, *Aristoph. Ach.* 645.

Ὑποθωρήσσω, f. ήξω, clam armo, *Il.* 18, 513.

Ὑποϊάχω, subsono, *Epigr.*

Ὑποίγνυμι, οίγω, f. οίξω, clam aperio. Ὑποῖξαι τὴν θύραν, *Aristoph. Thesm.* 431.

Ὑποιδαίνω, idem quod

Ὑποιδέω, ῶ, fut. ήσω, subtumeo, subinflatus et subtumidus sum.

Ὑποιδαλέος, α, ον, subtumidus.

Ὑποικέω, ῶ, f. ήσω, habito sub; (2) latito sub.

Ὑποικίζομαι, idem.

Ὑποικοδομέω, ῶ, f. ήσω, substruo, ædifico.

Ὑποικουρέω, ῶ, f. ήσω, οῦμαι, domi latito, et veluti imos ædium recessus custodio; vid. οἰκουρέω· (2) latito, delitesco, *met.* ut de vitio, odio.

Ὑποιμώζω, ejulor, lamentor.

Ὕποινος, ου, ὁ ϗ ἡ, vinolentus, ebrius.

Ὑποίομαι, suspicor.

Ὑποϊσχάνω, ὑποΐσχομαι, *Poet.* pro ὑπισχάνω, et ὑπίσχομαι, polliceor, promitto; (2) excipio. (2) σεληναίην . . . λιπταλέῳ ἑανῷ ὑποΐσχεται, *Apoll. Rhod.* 4, 169.

Ὑποίσω, perferam, sufferam.

Ὑποιστὸς, ἡ, ὸν, ferendus, tolerabilis.

Ὑποκαθαίρω, leviter purgo; (2) inferiores partes purgo.

Ὑποκάθαρσις, εως, ἡ, purgatio levis, vel inferiorum. A præc.

Ὑποκαθέζομαι, subsideo; ὑποκαθεσθῆναι, subsidere, *Ph.* a. 1. inf. pass.

Ὑποκάθημαι, subsideo, desideo, otiosus sedeo, contineo me in loco aliquo; (2) insidior. Ὑποκαθήμενοι τὸν βάρβαρον, *Herod.*

Ὑποκαθίζω, f. ίσω, in insidiis colloco. *In pass.* subsideo; ὑποκάθισον, subside, *Gl. V.* a. 1. imperat. act.

Ὑποκαθίημι, ίεμαι, demitto; (2) idem quod pr.

Ὑποκαθίστημι, fut. στήσω, substituo, sufficio; ὑποκαθέστησεν, substituit, *Ph.* aor. 1.

Ὑποκαίω, fut. αύσω, succendo, ignem subdo.

Ὑποκαχχέω, pro ὑποκαταχέω, profundo, effundo.

Ὑποκαλύπτω, fut. ψω, tego, occulto.

Ὑποκάμνω, nonnihil ægroto.

Ὑποκάμπτω, f. ψω, flecto, circumago, converto. Ὑποκάμπτουσι ϗ καταδύνονται εἰς φάραγγας, *Xen.*

Ὑποκαπνίζω, fut. ίσω, suffio, suffumigo.

Ὑποκαπνισμὸς, pro ἀποκαπνισμὸς, *Steph.*

Ὑποκάπτω, fut. άψω, præripio et deglutio, *Aristoph.* Ex κάπτω.

Ὑποκάρδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, sub vel in corde latens, *Nonn. P.* 6, 15. A καρδία.

Ὑποκαρόω, ῶ, fut. ώσω, sopore lævi tentor, *Diosc.*

Ὑποκάρφισμος, ὁ, palearum excussio, *Plut.*

Ὑποκάρφω, subsicco, leviuscule sicco. Νέατος δ' ὑποκάρφεται ἰσθμὸς, *Nic. Al.* 80.

Ὑποκαρώδης, ες, altum soporem habens, vel cum alto sopore conjunctus.

Ὑποκαταβαίνω, descendo; (2) collabor ac subsideo; (3) remitto, ut animum, iram. Dicitur et de morbo. (1) ἐκ τῶν τειχῶν ὑποκατέβησαν, *Thucyd.* Πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας, *Herodot.* 2, 15. (3) *Hippocr. Aphorism.*

Ὑποκαταβάλλω, subjicio, suppono.

Ὑποκατάβασις, εως, ἡ, submissio, demissio, decrementum.

Ὑποκατακλάω, frango, debilito.

Ὑποκατακλίνω, f. ινῶ, sub alio accumbere facio, inter infimos convivas accubitum tribuo; (2) declino, effugere tento, vito; ὑποκατακλίνομαι, ultimus vel extremus recumbo. Ὑποκατακλινόμενοι ὑμῖν αὐτοῖς, *Plato.* Ἀλλήλων ὑπερέχειν θέλοντες, ἀλλήλοις ὑποκατακλίνονται, *M. Anton.* Οὔτε δι' ἄγνοιαν οἱ πολλοὶ προΐεντο, ἀλλ' ὑποκατακλινόμενοι, cedentes temporibus, *Dem.*

Ὑποκατάκλισις, εως, ἡ, declinatio, vitatio; submissio, dedecus. Τὴν δόξασαν αὐτοῖς ὑποκατάκλισιν . . . παρηγορηθέντες, *Heliodor.* 10. A præc.

Ὑποκαταλείπω, relinquo.

Ὑποκαταμένω, paulisper maneo apud, expecto. Αὐτοὶ δ' ἐν ἀργοτέρᾳ χώρᾳ ὑποκαταμένειν, *Xen.*

Ὑποκατασκευάζω, præparo, elaboro.

Ὑποκατάστασις, εως, ἡ, substitutio, *Gl. V.*

Ὑποκατάστατος, ου, ὁ ϗ ἡ, substitutus, subrogatus. A καθίστημι.

Ὑποκατηφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, subtristis, demissior.

Ὑποκατορύττω, fut. ξω, sub terra defodio.

Ὑποκάτω, *adv.* in ima parte, in inferiori loco; infra, subter, subtus, *Ph.*

Ὑποκάτωθεν, *adv.* inferne, ex inferiore parte.

Ὑποκατώρυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, defossus sub terra.

Ὑπόκαυμα, ατος, τὸ, id quo aliquid succendimus, suscitabulum. Ab ὑποκαίω.

Ὑπόκαυσις, εως, ἡ, succensio; (2) hypocaustum. Ab eod.

Ὑπόκαυστον, ου, τὸ, quod succenditur; (2) vaporarium; (3) hypocaustum, locus, seu diæta, cujus pavimentum interne calefit, in balneis. Ab eod. Unde

Ὑποκαύστρα, ας, ἡ, fornax, *Gl. V.*

Ὑπόκειμαι, subjaceo, subjectus sum, subsum; succubo, *Gl. V.* ὑποκείμενος, suppositus, *Gl. V.* ὑποκείμενον, objectum, quod tractatur; propositum. Ζῶσιν οἱ γᾶς ὑποκείμενοι, *Soph. El.* 1442. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὕτοσι ἆθλός γ' ὑποκείσεται, *Pind.*

Ὑποκείρω, corrodo, exedo, lanio.

Ὑποκελεύομαι, fut. εύσομαι, subhortor, tacite hortor.

Ὑπόκενος, ου, ὁ ϗ ἡ, cavus, inanis, vacuus; (2) vanus.

Ὑποκεντέω, ῶ, fut. ήσω, suffodio.

Ὑποκερχναλέος, α, ον, stridulus, asper. *In neut.* raucedo, asperitas faucium.

Ὑποκευθὴς, ὲς, occultus.

Ὑποκεύθω, fut. σω, abscondo.

Ὑποκεφάλαιον, ου, τὸ, cervical capiti suppositum, *Aret.* A κεφαλή.

Ὑπόκηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, fato aut morti obnoxius; (2) impurus, corruptus. A κήρ.

Ὑποκηρύττω, fut. ύξω, silentium indico, audientiam facio, de præcone, sed ὑποκηρύττομαι, de eo qui per præconem facit; (2) polliceor aliquid publicum.

Ὑποκινέω, ῶ, f. ήσω, leviter moveo; (2) commoveo. Ὑποκίνει τῆς ὁδοῦ, discede, *Aristoph. Av.* 1017. Ζεφύρου ὑποκινήσαντος, *Il.* 4, 423.

Ὑποκίρναμαι, commisceor.

Ὑπόκιρρος, ου, ὁ ϗ ἡ, subrufus.

Ὑποκισθὶς, seu ὑποκιστὶς, ἡ, quod sub cisto ad radices nascitur, *Diosc.*

Ὑποκλαδὸν, *adv.* flexis genubus. Ἐπὶ γαῖαν ὑποκλαδὸν ἐξετανύσθη, *Opp. Cyn.* 4, 205.

Ὑποκλάζω, fut. σω, submisse genua flecto. Ὑπώκλασε τι ἠρέμα, ϗ τὰς χεῖρας εἰς ἱκετηρίαν προτείνας, &c. *Heliod.* 1, 7.

Ὑποκλαίω, fut. αύσω, sublacrimor.

Ὑποκλάω, ῶ, fut. άσω, suffringo, infringo.

Ὑποκλέπτω, fut. ψω, suffuror, minuo; (2) abscondo, occulo, occulto, prætexo; (3) fallo, dissimulo. Τοὺς τὰς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους, *Soph. Elect.* 115. Ἕλκος ὑποκλέπτων, *Mus.* 1, 85. Λαθριδίην ἀχάλινον ὑποκλέπτοντες ἰωὴν, *Nonn. P.* 6, 61.

Ὑποκληΐζω, f. ίσω, clam divulgo. Οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθωνος ἀγγελίαν—τῶν μεγάλων Δαναῶν.

νεῶν ὑποκληζομένων, *Soph. Aj.* 225. *sed hic divisim legi videtur*; Ern.

Ὑποκληνής, ές, subjectus, obnoxius. Ab

Ὑποκλίνω, reclino sub, submitto, subigo, subdo; ὑποκλίνομαι, succumbo; (2) cedo. Ἦν δὲ ὑπεκλίνη γε δευρί, *Aristoph. Eq.* 272.

Ὑποκλιθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ὑποκλίνω.

Ὑποκλονέω, ῶ, fut. ήσω, subagito, turbo, *Il.* 21, 556.

Ὑποκλοπέω, ῶ, fut. ήσω, occulo, occulto, *Od.* 22, 381.

Ὑποκλύζω, fut. ύσω, proluo, expurgo; (2) inundo, submergo, *Epigr.* Hinc

